

DE MARTYRIBUS
SINE SANGUINE
DISSERTATIO.

P. CASTI INNOCENTIS

ANSALDI O. P.

DE MARTYRIBUS

SINE SANGUINE

ADVERSUS DODUVELLUM

DISSERTATIO,

IN QUA ET NONNULLA

ROMANI MARTYROLOGII LOCA

Ab criminationibus Bælii

VINDICANTUR.





MEDIOLANI)(MDCCXLIV.

IN REGIA CURIA,
Apud Josephum Richinum Malatestam,
Regium Ducalemque Typographum.

CLARISSIMO VIRO

JOANNI HIERONYMO

GRADONICO

CLERICO REGULARI

F. CASTUS INNOCENS ANSALDUS

O. P. F.

ETsi *Philippus Argelatus*, *Vir doctus*, *atque humanissimus*, *quo Auctore Dissertationem hanc retractavi meam*, *&* *ad umbilicum perduxi*, *urgeret inde vehementer*, *ut Opellam*, *sanctissimum*

Martyrum chorum, ejus sententiâ, optime vindicantem, facilis evulgarem; in hanc tamen, fateor, numquam descendissem provinciam, neque id fieri passus umquam fuissem, nisi animum peropportune subiisset meum, Viro me de Litteraria Republica optime merito demum obsecundantem, consequi una posse id, quod jamdiu votis omnibus exoptaveram, ut in apricum videlicet proferrem tandem aliquando, manifestum aliquod ac perenne studii cultusque erga Te mei, GRADONICE CLARISSIME, *argumentum. Vicerunt me igitur non amicitiæ leges, non facundissimi Hominis suasiones, aut etiam preces, sed maxima tua in immensum aucta erga me beneficia; tuaque, super omnem erga me sese effundens spem atque modum, benevolentia*

sin-

ſingularis. Cui enim labores boſce meos, cui ſtudia mea inſcriberem, obſecro, ac conſecrarem, niſi ei, a quo vim eadem omnem habent atque fulcimentum? Nulla nempe abit dies, quo Libros a Te mutuo non accipiam. Quales autem Libros? Rariſſimos eos quidem, eximios, immenſi pretii, ac prorſus ſingulares; quos non tuorum Te ſtudiorum cauſſa, ſed ceterorum modo utilitati collegiſſe prope crederemus. Quot Codicibus, auctore Te, locupletata eſt inſignis ac nobilis illa tuorum Brixienſium Clericorum Regularium Bibliotheca! Quanta eidem, beneficio tuo, pretioſiſſimorum Voluminum acceſſio facta eſt, fitque in dies! Maximam profecto, etiam per Te, ac immortalem Patria tua, Urbs inclyta Venetiarum, conſequuta eſt gloriam, quum ſibi

jure ac merito vendicare possit, fuisse, suorum ope Civium, necessaria adeo hisce in regionibus humanitatis adminicula propagata. Redit igitur ad Te, quæ tuis veluti e Libris derivata est, Elucubratio mea, quæ tamen non isto tantum nomine, sed aliis etiam Tibi, VIR EXIMIE, *rationibus debetur. Cui enim debetur magis Dissertatio de primorum rebus Martyrum pertractans, quam Viro Liturgicis de Codicibus adeo sollicito, atque Ecclesiastica de Historia adeo benemerito? Palam id, ut arbitror, faciunt vehementer eruditissimæ Animadversiones tuæ Calogerana in Collectione editæ, sive* Dissertatio Epistolaris de nova Sancti Gregorii Magni Editione procuranda, *in qua scilicet, non recensitas prioribus in Editionibus ejusdem Operum Italicas ver-*

siones

ſiones indicaſti, recens inventos melioris notæ, conſuli qui deberent, MSS. Codices memoraſti, rationem genuina ab ſpuriis melius diſtinguendi docuiſti, labores Venerabilis Cardinalis Thomaſii in aliqua Gregorii Opera omiſſos, atque illaudabili ſilentio preſſos enumeraſti, Baſnagii ſuper Auctore Vitæ tanti Pontificis errores, criticenque immodicam notaſti, Mabillonio ſuppetias tuliſti, eorum denique, quæ, conviciis ſeclufis atque contumeliis, in Sanctum Gregorium Oudinus adnotavit, pretium oſtendiſti. Neque tamen Eccleſiaſticæ modo intra Eruditionis, licet haud adeo anguſtos, limites potuit ſe mens tua perſpicaciſſima, VIR CLARISSIME, *continere. Ampliores adhuc in campos, ſecundis omnibus avibus, exſpatiata eſt. Quid dico exſpatiata? Radi-*

ces

ces illa imo ceterarum in ſolo Scientiarum, in Hiſtoria maxime Litteraria, eaſque egit profundiſſimas. Legimus ſiquidem editam abs Te anno præterito, & magno cum plauſu, majore cum voluptate legimus, celebrem illam atque doctiſſimam, quam ad amantiſſimum tui Cardinalem Quirinum dediſti Epiſtolam, De Italis ante Guarini tempora Græcæ Dialecti minime ignaris *fuſo calamo pertractantem; miratique in ea ſumus animi candorem, ſtylique nitorem tui, idoneam ſcribendi methodum, peregrinas prorſus cognitiones, &, quod caput rei erat, ab iniqua eorum opinione, qui græcæ Linguæ priora apud nos incunabula poſteriorem, quam par erat, retrahebant ad ætatem, Italiam noſtram fœliciter novimus vindicatam. Haud abſimile vero, quod græcani-*

cæ

cæ dedisti, mox referet abs Te Hebraica Litteratura decus & incrementum. Siquidem non contentus Linguam Sanctam didicisse, & auctor optimæ indolis Adolescentibus fuisse, ut eidem adipiscendæ insudarent, Hebraicarum etiam arcana rerum diu noctuque penetrare satagis, quo factum, tota ut Hebraizantium natio, universa imo Litteratorum Respublica grandes jure ac merito sumere possit animos ad majora ab ingenio tuo solertissimo expectanda. Tantus igitur sacris in studiis, VIR EXIMIE, *quum sis, dubitare quî possum, probatum Tibi futurum præsens consilium de Vindiciis Sanctorum Martyrum nomini tuo, aut verius Tibi Viro piissimo nuncupandis? Dubitassem sane, ac jure dubitassem, si res mihi non cum* JOANNE HIE-

RO-

RONYMO *esset*, *sed solum cum* GRADONICO. *Quid enim tantula res apud illius Generis Virum foret*, *quod tot enumerat summos Venetiarum Duces atque Patriarchas*, *tot Episcopos atque Ecclesiæ Proceres*, *tot amplissimos inclyta ac immortali in Republica magistratus*, *tot fasces & honores*, *tot hodie etiam æterni nominis Litteratos? Quid illa imo esset apud ipsum Te*, *si ceteræ dotes tuæ vel per mentem possent a pietate tua spectatissima separari? Non possunt tamen. Hanc enim cælesti Numine*, *ceu omnino propriam*, *& confirmata voluntate habes*, *eas vero aut tuapte natura*, *aut diuturna post indefessam adquisitionem possessione. Utrarumque amabilis nexus efficiet profecto*, *ut grandibus coire possint exilia*, *ut vindex Martyrum Liber tuo*

gau-

gaudere valeat præſidio, ut in Vindiciarum Auctore beatiſſimos foveas Chriſti Pugiles, qui Te vera in virtute, in vera ſtatuent conſtantem ſapientia, &, poſt indeptam nominis perennitatem, ad gaudia demum rapient ſempiterna.

Brixiæ Idibus Auguſti MDCCXLIV.

V. CL.

PHILIPPO ARGELATO

REGIO A SECRETIS

CASTUS INNOCENS ANSALDUS

O. P. S.

Accepi, Vir Clarissime, Literas tuas IV. Kal. Febr. ad me datas, quibus (quæ tua est humanitas) probatum tibi meum ostendis editum *De Evocatione Deorum* Libellum. Iterum vero vellis mihi aurem, urgesque, ut aliquod Dissertationi meæ olim editæ, *De Inopia Veterum monumentorum pro Copia Martyrum dignoscenda*, dare pergam veluti complementum. Objicis enim nonnulla, quibus evincis, eidem aliquid deesse, unde mea mens probe valeat patefieri. Quidem, ut quod verum est fatear, hacce ipsa de re ego etiam jamdiu cogitavi. Statim enim atque ea legi, quæ bonorum illi Studiorum egregii Stato-

res *Florentini* in Excerptis literariis meum animadverterunt ad Opuſculum, rem fuſius explicandam eſſe non dubitavi. Itaque dum eam animo verſarer, alia meam ſubiit mentem pro copia Martyrum adverſus *Doduvellum* fœlicius vindicanda cogitatio, ſive nova meos ad ſenſus in aprico magis proferendos via, qua videlicet, ea non modo, quæ edita in Diſſertatione ſtatui vehementer confirmarentur, verum univerſa Doduelliana machina, univerſum, opinionis ejus eradicaretur, ut arbitror, fundamentum. Jamque operi manum admovere cœperam, aſt quum me plures in diverſa diſtraherent ſollicitudines, tæderetque diutius in repetito immorari, ac veluti elangueſcere argumento, illud facile, tametſi pæne elaboratum, ſepoſui, animumque ad alia converti. Siquidem, quum Diſſertatio mea, cui titulus: *Patriarchæ Joſephi Religio ab criminationibus Baſnagii vindicata*, Calogerana in Collectione prælo iterum committeretur, aliquas ad illam opus

eſſe

esse duxi contexere accessiones; heinc ad conficiendos perrexi tres illos, opera tua editos, *De Principiorum naturalium Traditione* Libros, quod adhuc tamen circa Opus, ut amice tecum, & fidenter agam, præcipuas curas meas, præcipuas versari scias cogitationes, & quacumque uti possum, diligentiam. Video nempe (& sero vidisse pœnitet) ædificium illud meum, quod tamen Spicilegii solum instar exhibui, certis & fortibus quidem niti fundamentis, ast idem non adeo quantum poterat, erectum, stabilitum, ornatum, ac circumvallatum fuisse. Novit hoc dein ad quem illos scripsi Libros *Illustrissimus Abbas Polinus*, noverunt doctissimi *Florentini Excerptorum Auctores*, licet & illi, & alii, meam qui mentem exiguo certe numero attigerunt, aut etiam Operis Synopsim dederunt, secunde prorsus meo de Systemate sentire visi sint. Itaque illud pro viribus recensere, & illustrare diu noctuque contendo. Nec in eo tamen omnia mea studia,

measque curas omnes quiescere tibi, Vir humanissime, persuadeas. Erant mihi anno præterito præ manibus, nescio quo casu, *Scaligerana Josephi*. Eadem evolvebam, autem, quum ecce pag. 212. Edit. Colon. 1595. hæc in eisdem reperi: *Les Chretiens anciens ont beaucoup adjousté au nouveau Testament. Joseph ne fait aucun mention de* τεκνοκτονία *d'Herode, qui estoit un insigne cruautè. Il y a plus de 50. additions ou mutations au nouveau Testament, & aux Evangiles; c'est chose estrange, je n'ose la dire; si c'etoit un Auteur profane, jen parlerois autrement*. O fas, o fides! Hæc dici de Scriptis adflatu Sancti Spiritus conceptis? Quasi vero lenis adeo fuerit Herodes, ut pluris esse deberet hacce in re silentium *Flavii*, quam testimonium *Matthæi*; & non potius, crudelis adeo Rex ille fuerit, ut tacente etiam *Flavio* concipi nullum queat adversus Evangelistæ fidem negativum argumentum. *Omnibus in rebus*, optime ait *Tullius* Oratione pro Sulla, *quæ graviores majo-*

resque

resque sunt, quid quisque voluerit, cogitarit, admiserit, non ex crimine, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est ponderandum. Neque enim potest quisquam nostrum subito fingi, neque cujusquam repente vita mutari, aut natura converti. Hominis igitur arrogantiam contundere, & oppugnare constitui, meosque Herodianum ad Infanticidium vindicandum conatus direxi, unde Evangelico textui immane facinus primis ab Christianis minime intrusum fuisse adpareret; nam etiamsi vix ignorare possem *Flavii* ea super re silentium Ecclesiasticis fuisse ab Scriptoribus animadversum, plura tamen, & quidem idonea magis, eorum Responsis superaddi mihi posse videbantur. Conlegit ea suo in Apparatu Chronologico & Geographico ad Commentarium in Harmoniam sive Concordiam quatuor Evangelistarum *Lamii* Part. I. Cap. IX. §. 3. *Cum ergo circa hæc tempora* (vix scilicet ejus ante mortem, ait hic Auctor) *mandasset Herodes crudele Infanticidium*

Be-

Bethlemiticum , non mirum est non fuisse , ut ita loquar , auditos Infantium interfectorum gemitus , dum Virorum piorum vivicomburium , Procerum periculum imminens plorabatur . Aliquot puerorum in vico strages non videtur atrox facinus præ crudelitate Patris , qui nec proprio filio suo parceret , & Regiam suam ipse cruentaret . Non , inquam , mirum est , si hujus Infanticidii mentionem non faciat Josephus , quod potuit ignorare ; cum literis illud non mandasset Nicolaus Damascenus , ex cujus commentariis texebat Herodis vitam . Crudelia facta Principis quocum amicitia junctus erat , non omnia memoriæ mandabat Damascenus ; præterquam à militibus immissis potuit edi Bethlemitica strages , & videri casu contigisse . Nec tanti olim erat pueros recentes trucidare . Apud Ethnicos penes erat Parentes tollere pueros natos , vel trucidare . Denique etiamsi Infanticidium non ignorasset Josephus , forsan reticuisset ; Herodes enim Infanticida fuit , ne Messias regnaret ; à quo se in libertatem asserendos

dos

dos gentium jugo excusso sperabant Judæi . Josephus autem videtur in tota sua Historia cavere , ne Romani mentem adverterent ad illam spem Judæorum . Vides , Argelate spectatissime , non unam reddi Flaviani silentii rationem: quas omnes dicere non posses tamen , aut ego fallor , peremptorias . Quo enim jure quis existimare valeat , *Flavium* Historias Judaicas contexentem , *Nicolai Damasceni* Commentarios pecuino fuisse ritu , & absque examine sequutum , quum prior alterius erga Herodem assentationem aperte adeo arguat & oppugnet ? Scripserat *Damascenus* Antipatrum Herodis Patrem genus suum ἐκ τῶν πρώτων Ἰουδαίων , qui in Judæam Babylone venerant deduxisse . Refellit hoc *Flavius* , caussamque Damascenici addit erroris , quod scilicet hoc diceret in gratiam Herodis ejus filii , quem fortuna Judæorum ad Regnum evexerat . ταῦτα δὲ λέγει χαριζόμενος Ἡρώδῃ τῷ παιδὶ αὐτοῦ Βασιλεῖ τῶν Ἰουδαίων . Lib. XIV. Antiq. Cap. I. Non ergo assentatio *Damasceni* effecisset ,

 ut

ut Infanticidium Herodis silentio premeret *Josephus*, si ex Historiæ legibus Antiquitatum in Libris locum illud habere debuisset. Haud scio vero, cur sua cavere debuerit in Historia Josephus, ne Romani mentem adverterent ad spem illam Judæorum, qua se, jugo Gentium excusso, libertatem indepturos sperabant. Ut enim omittam vulgatum jam apud Romanos, suis licet id Imperatoribus asserentes, tale hujusmodi fuisse, nempe de Judæis *Tacito* dicente: *Pluribus persuasio inerat, antiquis Sacerdotum literis contineri, eo ipso* (obsidionis scilicet Hierosolymæ) *tempore fore, ut valesceret Oriens, profectique Judaæ rerum potirentur, quæ ambages Vespasianum ac Titum prædixerant. Sed Vulgus, more humanæ cupidinis, sibi tantam fatorum magnitudinem interpretati, ne adversis quidem ad vera mutabantur*. Lib. Histor. V. Ut hæc, inquam, facilis omittam, eo adhuc tamen loci, eo temporis, ea vigente misera gentis suæ conditione, ea

Ro-

Romanorum ſtante fortuna ſcribebat Judæorum Hiſtoricus, ut levis nimium animi eum fuiſſe crederem, aliquam ſi timuiſſet, ex opinionibus Judæorum revelatis, ingerere Victoribus ſuſpicionem. Et ſane quam abjecte Romani illo de Populo ſentirent, oſtendit *Tullius* de Judæa loquens, victa quidem ab Pompejo, & vectigali reddita, nondum tamen in formam Provinciæ redacta, *Quam cara*, inquit Oratione pro Flacco, *illa gens Diis immortalibus eſſet* (maxima Hoſtium apud Quirites timendorum ratio) *docuit quod eſt victa, quod enervata*. Si dum adhuc libera, & ſuis legibus relicta, nihil tamen poſſe à Romanis Judæa credebatur, quid poſſe credita fuiſſet, uti Joſephi erat tempore ſerva facta, & elocata? Reapſe Cerialem in concione ad milites Hieroſolymam obſidentes, *veterem* memoraſſe legimus *Romani nominis gloriam, antiquas recenteſque victorias: ut perfidum, ignavum, victum Hoſtem in æternum exſcinderent. Ultione magis, quam prælio opus eſſe.* Tacit.

Tacit. Lib. Hiſtor. V. Alia igitur via diſſerendum eſſe mihi videbatur, ut efficacior ac æquior τεκνοκτονίας ſilentio ab *Joſepho* preſſæ ratio redderetur. Eam vero ego pro viribus perſequebar, quum forte *Menagiana* percurrens, hæc de *Balzaco* inveni conſcripta: *Sa Diſſertation ſur l'Herodes Infanticida de M.r Heinſius eſt tres belle. Il y a beaucoup de nettetè & d'erudition miſe dans un beau jour.* Tom. I. pag. 311. Quid aut in *Heinſii* Herode Infanticida, aut in Diſſertatione *Balzaci* contineatur, mihi eſt, fateor, prorſus ignoratum. An argumentum meum, an momenta, quæ in medium adferre conſtitueram, in eiſdem pertractata ſint, divinare non valeo. Quamvis enim hac in Civitate præſens Librorum cum Veterum, tum recentiorum, non in Aſcetarum modo, verum privatis etiam Bibliothecis copia, uberior ea certe ſit, quam ſuo Italico in Itinere inveniſſe ſe oſtendit olim Mabillonius; haud pervium tamen eſt, omnes omnino invenire

Au-

Auctores, quorum etiam nomina & Opera suarum fines regionum fœliciter prætergressa sunt. Quare vera profecto esse, quæ in Responsione ad Quæsita Provincialis cap. 1. post veterem illum, sensit ac docuit *Bælius* quotidie magis experior. Ait siquidem: *Il faut que celuy qui a entrepris de composer quelque Oeure, d'ecrire quelque Histoire .... premierement, & devant toutes choses soit demeurant en une grosse & noble Citè, pleine de Peuple, & de grand nombre d'Hommes, aimant les choses belles, & honestes, afin qu'il ait abondance de toutes sortes de Liures, & qu'en cherchant çà & là, & entendant dire de vive voix beaucoup de choses, que les autres historiens auront a l'aventure obmis a escire, & qui seront d'autant plus croyables, qu'elles seront encore demeureès en la memoire des hommes vivans, il puisse rendre son Oeure de tout point accomplie, & non defectueuse de plusieurs choses necessaires. Ce n'est pas seulement aux Historiens*, prosequitur Bælius, *que*

le

le ſejour dans les grandes Villes eſt neceſſaire . M.r Sallo a bien fait comprendre, que cela s'etend ſur pluſieurs ſortes d'Auteurs ; car ce qu' il a dit d'un Medecin de Province , peut etre apliquè a un grand nombre de gens , qui ont traitè d'autres matieres . Voici ſes paroles : Cet Auteur etant eloignè de Paris, n'a pas connoiſſance de tous les Liures qu' il deuroit auoir lus pour travailler a ces nouvelles Opinions. Par exemple , en un endroit il dit que Perſonne juſqu' a preſent n'a decrit les canaux qui ſervent a la ſalive , ni les conduits par les quels elle eſt portèe a la bouche . Cependant VVarthon Anglois , & Stenon Danois en ont traitè tres particulierement, & beaucoup d'autres qui leur diſputent la gloire de l'invention de ces canaux ſalivaires . Ne idem igitur mea mihi tenui in Diſputatione accidat, intento quoque ab Opere eſſe ſuperſedendum duxi, donec ſaltem ecquid, duo illi egregii Viri hacce in re præſtiterint dignoſcam . Altera tuam dum Epiſtolam accepi meum exercebat calamum.

Opel-

Opella, Dissertatio scilicet, seu *De forensi Judæorum Buccina* Commentarius. Verum iste, quod lectionis ac laboris plurimum requirat, haud promptam adeo experiri potest lucinam. Diu vero est, ex quo de conligendis cogitavi, edendisque præstantiorum aliquot Virorum Ordinis nostri Numismatibus, quæ Mazzuchelliano in Museo Brixiæ adservantur, cum Spicilegio Vitæ, Operumque ab eisdem concinnatorum Catalogo. Hominem nosti Patriæ vere, Musis, ac bonis Literis natum. Rarissima plusquam CCCC. Eruditorum Virorum Numismata magno sibi comparavit adservatque studio præstantissimus Comes; inter quæ, quod mihi maximè perjucundum fuit, unum aut aliud Virorum, qui ceteris in Ordinibus floruerunt, plura tamen nostrorum, quæ me tandem, coactis quæ reliqua sunt, illustraturum confido. Vides necessariam hominis levitatem, incipientis scilicet plura, pauca vero perficientis. Quid agam tamen? Difficile prorsus alterum quum

sit,

sit, satius esse alterum præstare arbitror, quam turpi in otio marcescere. Interim Tu, Vir Cl., sollicitus es de Copia Martyrum plenius vindicanda. Morem igitur tanto Viro, & quidem amicissimo, gero; alteram meam super Martyribus Dissertationem, jam prope oblivioni traditam, in manus iterum, eam meo pro modulo retractaturus, libentissime resumo, confectamque tibi dono dabo, ut legas, ut corrigas, ut moneas, ut de illa quidquid libuerit facias. Utinam præstare valeam quod quæris. Hoc unum certe, postquam apellam meam ad Te misero, dignosces, me scilicet argumenti fortasse dignitati minus etiam respondentem, tuæ tamen obsecundasse promptissimum voluntati. Vale.

Brixiæ Idib. Martii MDCCXLIV.

DE MARTYRIBUS
SINE SANGUINE
ADVERSUS
DODUVELLUM
DISSERTATIO.

I. SOlam potissimamve ex caussis, quibus permotus olim fuit Doduvellus, ut in Dissertatione sua de Martyrum paucitate Cyprianica, receptum Catholica in Ecclesia immensum eorundem numerum inficiari, apertissime pergeret, unde Martyrologiorum, Menologiorumque Auctores impertinente Fabulatorum nomine dehonestaret, eam profecto fuisse certum est, qua, rudiore cum vulgo cogitaret, eos omnes, quos Martyrum titulo in Martyrologio conscriptos, eoque celebratos Catholica in Ecclesia nomine vidit, atque recensuit, vitam, Christi pro vera dedisse Fide, hasque reliquisse auras, nec eo insigniri potuisse nomine, aut eo donatos titulo in Martyrologiis fuisse, hodieque Catholica non donari in Ecclesia, Sanctos, Piosque Viros, qui primarum tempore persequutionum carceres,

 exsi-

exfilia, profcriptiones, aut Corporum debilitationes, cetera demum, graviffima quidem, citra tamen mortem, mala conftanti animo fubierunt. Dudum autem fateor, Doduvellum adverfus Quinartius, P. Colonia, Roncrevillius, Tillemontius, Mabillonius, Muratorius, differuere; adhuc tamen, aut ego fallor, amputatis licet ramis, Doduvelliani radix erroris haud fuit detecta; five non omnino fuit oppugnatus Oxonii Profeffor, non omnino vindicata Martyrum omnium, atque Ecclefiarum Traditionis cauffa. Quid enim aliud Viri illi, cetera doctiffimi, tandem præftiterunt, quam aliqua adferre, quæ interpretationem facile pati poffent, teftimonia? quid aliud, quam aliquem eo tempore inveniffe, quo nullum extitiffe exiftimabat Doduvellus Martyrem, aut plures ubi ille paucos, aut acerbiores, diuturniorefque oftendere, quas breviores ille, ac remiffiores dixerat perfequutiones? Recte omnia profecto, at idonea minus ad evertendam univerfam Adverfarii Thefim. Ut autem minus ex veritate licet, fingulos vindicare, qui circumferuntur, Martyres, fpecialia quæcumque propugnare, quæ leguntur, Acta; aft tamen ea adhuc fumi debet difputandi adverfus Doduvellum ratio, qua communis vindicari poffit de Martyribus innumerabilibus Traditio, cadatque tota Adverfarius cauffa, feverum, uti faci-

cimus, in examen revocato opinionis ejus de Martyrum paucitate fundamento, everſaque ex qua actus eſt eorum numerorum minorandi cauſſa, in ea quidem ſita, ſolos ut Coronatos dictos in Eccleſia crediderit, atque in Martyrologiis ſimpliciter Martyres. Sed hominis ſententiam in apricum proferre operæ pretium eſt.

II. Poſtquam Oxonienſis Profeſſor breviſſimam fuiſſe oſtendiſſet Domitiani Perſequutionem, ne illis quidem limitibus cruentam eſſe potuiſſe contendit, neque ad cruciatus, ſed ad Relegationes modo progreſſam. (1) Dicens inde de Perſequutionibus, quarum meminit Athenagoras, quas Magiſtratuum ait fuiſſe Urbicorum, qui pro Legibus Romanorum, jure gladii carebant, eorundemque fuiſſe Magiſtratuum & Aſiæ illas, quarum occaſione Apologias ſcripſerunt Melito, & Apollinaris, infert eaſdem, maximis quidem Chriſtianos adfeciſſe incommodis, haud item illos potuiſſe Martyrio decorare. Heinc ſuſpecta effici Recentiorum monumenta omnia, quæcumque Martyres Domitiano tribuendos eſſe cenſuerunt: male Hiſtoricos, quoties Apologias ab Chriſtianis oblatas Imperatoribus legunt, toties inferre exercita fuiſſe Martyria: Pœnæ capitalis nullam multis in Perſequutionibus men-

(1) Differt. Cyprian. XI, §. XVI.

tionem, sed proscriptionum modo, exsilii, cruciatuum, metallorum.

III. Ut autem prætercam quæ Doduvellus habet, quum Severi de persequutione agens, eam haud aliorum fuisse docet, quam Proselytarum; alteramque Maximini solorum fuisse Clericorum, paucarumque Ecclesiarum, quod soli Clerici, soli aliquarum Ecclesiarum Christiani, coacti eo tempore fuissent capite cavere quæ repromisit Dominus: Decium vix annum ante Domini CCL. ad cædes progressum, eodemque anno Imperatoris hujus persequutionem desiisse esse cruentam: Persequutionis etiam adversus Christianum nomen, varios fuisse gradus in Africa, & exempla Virorum insignium, eadem in persequutione fugientium, obstasse maxime, quo minus multi esse potuerint, ejus sententia, Martyres: Primam Diocletiani persequutionem solorum fuisse Militum, solos videlicet Christianos Milites fuisse ad usque mortem raptos, primumque illius de Persequutione Edictum nondum fuisse sanguinarium; alterum sanguinarium fuisse quidem, sed solos in Clericos; hæc, inquam, ut prætercam, quæ sane eo tendunt omnia, uti ejus etiam ex illatione perpetua palam est, solos ut pro Christi nomine interfectos, Martyrum titulo appellare velit Doduvellus, solosque Christiana pro Religione interfectos, Martyrum nomine Ecclesiasticis fuisse in

Fa-

Fastis adnotatos, & simpliciter Martyres Catholica appellatos in Ecclesia; haud possum tamen, quin ejus verba in medium adducam, quibus de restaurata agens a Maximino Persequutione, mutationem innuit factam a mortibus ad mutilationes: *Ita intelligimus*, inquit, (1) *ut clementiæ laudem conciliarint boni aliqui Principes cum immanissima adversus Christianos sævitia. Quamquam autem Christianorum patientiam gravius exercuerunt hi cruciatus, at pauciores certe fecerunt omnino Martyres. In eo autem ponebant hanc clementiæ laudem Persecutores, de quibus agimus, Diocletianæi, cum vitæ pepercissent, oculos tamen dextros eruissent, & sinistros poplites debilitassent candenti ferro. Ex quo itaque cœperunt hæ mutilationes, cum vitæ servandæ caussa fuissent excogitatæ, exinde rariora fuisse Martyria verisimile est. Cum itaque quarto tandem persecutionis anno sæviorem illam Maximini persecutionem recruduisse dixerimus; quinto tamen incepisse mutilationes damnationesque ad metalla, testatur Eusebius. Hoc anno periit Urbanus sævissimus Christianorum Persecutor. Qui illum deinde sexto anno excepit Firmilianus in Præfectura Palæstinæ, quamquam nonnullos capite multavit, at quamplurimos, quas dixi, mutilationibus,*

(1) Differt. Cyprian. XI. §. LXXX.

operisque metallicis , pro virili sua fatigavit . . . . . : Novo Maximini Edicto interfectos a Firmiliano nonnullos Martyres memorat Eusebius , ita tamen ut mense Decembri ad ingenium redierit , & pro mortibus , mutilationibus deinde , operibusque metallicis saevierit , paucis duntaxat ad Martyrium delectis . VIII. anno consulto Imperatore , acceptisque Rescriptis , quatuor ex omni numero selectos ipse vivicomburio consumavit, XXXIX. Maximino destinavit , quos ille uno , eodemque die capitibus truncavit; Reliquos per alia metalla dispersit . Et iterum alio anno, eodem de Maximino , Doduvellus : *Rediit ad supradictas Corporum mutilationes , quae licet Confessores multos fecerunt , nullos tamen Martyres* . (1)

IV. Sunt haec praecipua Doduvelli momenta , ex quibus consequutio de paucitate Martyrium ; scilicet diversa usu habita fuisse credit veteri in Ecclesia nomina , relate ad Martyres, & illius temporis Confessores, idemque in Martyrologiis discrimen invenire esse. Quare millenos millenosque illos, quos legere se dicit , quorum immensum , infinitumque numerum adeo ridet in Martyrologiis descriptos , inque Catholica Ecclesia celebratos Martyres, mortem arbitratur omnes Christi pro Fide subire debuisse , nec illo

(1) Ibid. §. LXXXIV.

illo Ecclesiasticis in Fastis donari potuisse nomine, aut eo cultos Catholica in Ecclesia titulo, qui vel exstorres facti, vel ad usque mortem in carceribus detenti, vel modo torti, mutilationesque Corporum, aut bonorum direptionem, cetera demum, citra tamen mortem, passi mala, vere ac proprie triumphalem Martyrum Chorum omnimode auxerunt.

V. Quantæ autem utilitatis, necessitatisque sit, opposita, quam inducimus, sententia, videlicet, infinitum illum Catholica celebratum in Ecclesia Martyrum numerum, ex bene multis non modo coronatis Martyribus, sed etiam ex Martyribus coalescere sine sanguine satis ut dignoscatur, nonnulla hoc animadvertenda in loco sunt. Et primum quidem, singularis adeo fuit illa Doduvelli de paucitate Martyrum opinio, ut vel eam notare pergerent Critici liberiores. *Il faut tomber d'accord*, ait Clericus, (1) *que ce savant Anglois s'abandonnoit un peu trop à la subtilité de ses conjectures. Quand on n'a a opposera une Opinion reçue que les soupçons, & même fort-legers, il vaut beaucoup mieux se taire.* Imprudenter egisse se Doduvellum, quod receptam nimis oppugnaret opinionem, verissimum

(1) Tom. XXV. Bibl. Choisf. P. II. Art. 1.

quidem eſt. At ſi ex vanis conjectationibus, atque per ambages diſputaſſe, haud probaret arbitror fortaſſe Clericus. Quis enim dubitare poſſet, de quocumque, qui capite plecteretur, e Romanis legibus fuiſſe omnino ſtatuendum? Itaque evenire id tantum illis potuiſſe in Urbibus, ubi Præſides Romani erant, illis tantum diebus, quibus pœnas Capitales exequi interdictum non erat. Haſce autem leges, hoſque mores, ceteraque, Romana ex Hiſtoria, exque Patribus a Doduvello certiſſime deſumta; haud video qua ratione, ſi omnes in Martyrologiis deſcripti, coronati eſſe debeant, cum eiſdem coire facias, aut iſta etiam cum Romanis Gentilium Kalendariis, quum in hiſce plurimos dies invenias, quibus licitum haud erat Reos tradere morti, in illis e diverſo, quocumque anni die, plurimos legas celebratos Martyres.

VI. Et de loco quidem ſi loquamur, haud difficilis inventu prima videtur fronte idonea Reſponſio; ſi animadvertamus, videlicet, Martyres haud illi ſemper aſſertos fuiſſe loco, in quo paſſi ſunt, verum illis aliquando, in quibus orti, educati, & alti fuere, in quibus aliqua, eorum precibus, patrata miracula, in quibus denique eorum Corpora, aut Relliquiæ ſumma Populi veneratione adſervatæ ſunt. Heinc de

Mar-

Martyre Vincentio Prudentius: (1)

Noster est quamvis procul hinc in Urbe
Passus ignota dederit sepulcro
Gloriam Victor, prope littus altæ
Forte Sagunthi.
Noster est nostra puer in palæstra
Arte virtutis, fideique olivo
Unctus, horrendum didicit domare
Viribus hostem.

Quare & animo repetens Florentinius, Chrysosthomi etiam ætate, ignotum Andreæ in Achaja, vel alibi sepulcrum, succurrebat eidem, illius natale in Achaja, & præcipua Patrarum Urbe jam olim celebre, suoque recensitum in Martyrologio, Sedis Episcopalis fixionem fuisse potius, vel alicujus Relliquiæ Translationem, quam exantlati ibi per mortem triumphi monumentum. (2) Denique fatetur Eusebius, nonnullos ex Ægypto Christianos, in alias quoque Urbes ac Provincias transgressos, nobilibus inclaruisse Martyriis: *ἐξ ἧς καὶ εἰς ἑτέρας ἤδη προελθόντες πόλεις τε καὶ ἐπαρχίας, διέπρεψαν τοῖς μαρτυρίοις*; (3) quos iccirco nedum Ægyptiacæ Ecclesiæ, verum & illæ, in quibus Martyrium con-

(1) Hymn. in laud. SS. XVIII. Mart. Cæsaraug.
(2) Not. & Excerpt. in Indic. Apostol.
(3) Lib. Histor. Eccles. VIII, Cap. 6.

consumaverant, jure ac merito vindicare sibi potuerunt.

VII. Ut vero hujusmodi sententia veritati magis accedere videtur, quam aliorum altera, ex qua Martyrum cædes, absque auctoritate Præsidum, in vicis etiam, & quibuscumque in locis patratæ perperam feruntur; (cur enim adeo minus de Imperii jure solicitos fuisse crediderimus Cæsares, eorumque Administros!) ast tamen conciliari minus eadem illarum posset cum Traditionibus Ecclesiarum, quæ suos proprio in sinu passos ajunt Martyres, etiamsi illis in Urbibus numquam Præsides Romani fuerint, nec forte Magistratus qui jure gladii gauderent; nam & Paulinus: (1)

Et quosdam licet Oppida parva retentent Martyres.

Itaque ad electum a nobis opus est confugiamus systema, sive nostram ad hypothesim de Martyribus sine sanguine, simpliciter Martyribus dictis; ea namque semel præconcepta, nil sequitur incommodi, sed suis Martyres in locis, suarum in Urbibus passionum censeri poterunt cum veritate descripti; nam & in Urbibus, in quibus Magistratus Urbici modo erant, aut nulli etiam Ma-

(1) Natal. XI. S. Felic.

Magiſtratus, in Urbeculis, oppidiſque, inque vicis, exſilia pati Chriſtiani poterant, aut poſt carceres, & tolerata Chriſti pro Fide tormenta, in pace requieſcere.

VIII. Multifariam quoque occurſum objecto e diebus derivato. Alii ſiquidem ad ſævitiam confugere Tyrannorum, quorum ſub Imperio, nullus a pœna hominum ceſſare videbatur dies, nec religioſus quidem & ſacer, & a quibus animadverſum in quoſdam ineunte anno. (1) Verum ejuſmodi adeo extraordinaria, itaut dicam, fuere, ut Doduvelli Theſim infringere non omnino valeant. Exemplum in Tiberio eſt, quum damnaret Kalendis Januarii Sabinum; callidum enim ejus conſilium, & ratio, quam iniit in cæde perpetranda, veluti ſacrati diei mores violare adhuc nollet; interficiendi voces, emphaſis denique Hiſtorici, ſatis oſtendunt, inſolens & ſingulare omnino fuiſſe illud factum, iccirco de ceteris ad necem damnatis, e Romanis fuiſſe legibus ſtatutum. Heinc Theodorus Dyckius Tacito, non imprudenrem Tiberium tantam invidiam adiiſſe dicenti, ſubdit: *Senſus eſt, non temere aut incogitanter facinus tam inviſum perpetraſſe Cæſarem, ſed certo, meditatoque conſilio, quo ſimul & ultioni ſuæ conſuleret,* &

(1) Baron. adnot. ad Rom. Martyrol. Kalend. Jan.

& antiquum morem non violaret. Moris enim erat Magistratibus, Kalendis Januarii carceres recludere. Si hoc Tiberius impedisset, magnam sibi apud omnes invidiam conflasset. Ergo Sabinum non in carcerem duci jussit eo die, quo mox inde juxta morem emittendus erat, verum ad supplicium: ad securitatem quidem astute; de jure si quæramus, improbe ac tyrannice. (1) Vel Vitellianis temporibus dierum Religionem, in rebus publicis, & quæ ad Magistratus pertinebant, novimus observatam. *Apud Civitatem cuncta interpretantem*, inquit Tacitus, (2) *funesti ominis loco acceptum est, quod Maximum Pontificatum adeptus Vitellius, de cœremoniis publicis XV. Kal. Augusti edixisset, antiquitus infausto die Cremerensi, alienisque cladibus: adeo omnis humani, divinique juris expers, pari Libertorum, Amicorumque socordia, velut inter temulentos agebat.* Non igitur inconsulto Doduvellus, violata nonnunquam Imperatoriis seculis, quibus omnia licentius, quam in libera Republica peragebantur, ejusmodi fuisse Fasta ultro etiam concedens, ast certe nec frequentes fuisse id genus ἀνομίας in Principibus alioqui superstitiosissimis, nedum in Præfectis, quos prudentes Principes Rescri-

(1) Not. ad Tacit. Lib. Annal. IV. Cap. 70.
(2) Lib. Histor. II. Cap. 91.

ſcripto conſtringere ſolebant, veriſimile eſſe arbitratur. Plures autem vel ipſis Januarii Kalendis paſſi leguntur Martyres, uti in vetuſtioribus Hieronymiani Martyrologii ecgraphis. Quare alio confugiendum, hanc ſegetem ut Martyrum Romanis cum Kalendariis, in quibus tot impeditæ pro necibus inferendis feriæ, & cum indulgentia, pro Romanorum moribus, Kalendis Januarii uſu habita, melius conciliemus.

IX. Totus Florentinius eſt, evincere, ut pergat, anniverſaria in Martyrologiis ſignata temporum momenta haud ſemper originario cum celebritatis & natalis die convenire. (1) Utitur Auctorum doctrina, qui de Liturgia pertractarunt; utitur Hieronymi ſententia, dicentis, pro regionum varietate, diverſa in honorem Martyrum fuiſſe conſtituta tempora; (2) eamque diſſerendi rationem otioſorum eſſe hominum haud equidem diceret Doduvellus, eandem ſi probari animadverteret Caſaubono, qui totus in ea aſſerenda eſt adverſus Baronium. (3) Ejuſmodi doctrina tamen, eſto veriſſima per ſe, atque univerſim recepta, impar tamen, & idonea minus eſt Doduvellianæ Objectioni evertendæ. Nam etſi Kalendariis accommodata optime quadret, haud ta-

(1) Admonit. præv. IX. ad vetuſt. Martyrol.
(2) Comment. Epiſt. ad Galat. Lib. II. Cap. 4.
(3) Exercit. XXV. in appar. Baron.

tamen facit ad rem, si Martyrologiis eam aptare velimus. Notum enim cuique Kalendariorum Catholica in Ecclesia usum alium non esse, quam præcipuorum Festa denotare Cælitum, Dominicos dies, Stationes, & Evangelia cujuscumque diei designare; heinc optime declaratur, explicatur, atque propugnatur, cur in illis anniversaria signata temporum momenta, haud semper cum ordinario conveniant celebritatis die. Ecclesia enim tota aliquando in Solemnitatibus ac Mysteriis Domini, Natales Cælitum alios transtulit in dies, eosque modo in Kalendariis adnotavit Martyres, qui locum sibi sacrum illo, a quo colebantur, in Populo haberent, Oratorium videlicet, aut Basilicam, aut Cæmeterium, aut Monasterium. (1) Heinc absit infinitos dicere, ut possit Doduvellus hujusmodi in monumentis adesse descriptos Pugiles. Quam pauci enim in Kalendario vetere Romano ab Frontone edito? quam pauci in Kalendario ex Libro Anonymi de Computo edito a Muratorio? (2) Ast idem de Martyrologiis minime dicendum, quæ numquam Festis & Celebritatibus Martyrium pro opportunitate locandis inservire debuerunt, sed primum quidem recitationi nominum Eucharistico in Sacrificio

cio

(1) Fronto Prænot. ad Kalend. vet. Rom. §. 1.
(2) Tom. III. Anecdot. Latin.

cio , ac Litaniis , dein eorundem recensioni in Choro & Capitulo faciendæ instituta fuere ; unde hodieque illa descriptorum in Martyrologiis commemoratio , vel in solemnioribus viget Domini celebritatibus , satisque nota diversitas Kalendaria inter ac Martyrologia, seu sat diversus hodie etiam utrorumque finis & usus .

X. Fatentur ultro aliqui, minus adcuratam esse in ratione temporum , Martyrum notationem ; credunt enim se venia dignos Martyrologi , si tanta monumentorum in inopia , in tanta temporum elongatione & eluvie , diem ignoraverint , quo vere passi sunt beati Christi Pugiles ; hocque eorum sententia , minime mirum , quandoquidem Romanorum Imperatorum natales , quibus omnium calami , ac publica monumenta desudabant , incertos ac multiplices fuisse , doctioribus e Criticis animadvertunt . (1) Heinc vulgati Martyrologiorum Canones incertis pro natalibus locandis . (2) Verum quod novum ac deplorabile genus hoc est Vindiciarum ? Nonne idem hoc ac sacros Fastos irreligiosorum hominum ludibrio , apertissime exponere ? ea scilicet ratione , qua

(1) Florentin. admonit. præv. XI. ad Martyrol. Vetust.

(2) Baron. Advoc. ad Roman. Martyrol. XII. Febr. Luc. Holstenius Epist. ad Florentin. hujus Martyrol. præfix.

qua ludens veluti re in feria de Afte, fuis in Difceptationibus, quas vocat, Chronologicis, ac Topographicis Romanum ad Martyrologium, dubiam quamcumque ejus lectionem belle emendare ftatim fe credit, ablatis femper Epochis, ablatifque locis omnibus: Facilis profecto, & expedita methodus diffentientes inter fe conciliandi Auctores atque fententias, illorum inftar Medicorum, qui ablata utraque tibia claudos omnes fanare fœliciter fe poffe gloriarentur! Quale porro Hiftoriæ genus illud erit, quod omni Topographiæ, omni Chronologiæ lege carere debeat? Immo qua ratione facrarum auctoritatem Tabularum perpetuo, ac pene quotidiano cum errore copulare valeas? Inaufpicatis diebus, meffivis & vindemialibus feriis, feftis aliquibus denique diebus, criminalia judicia, atque fupplicia exerceri potuiffe, Romana negat ex Hiftoria Doduvellus: fufeque agens Ægyptiacis, nefaftifque illis de diebus Seldenus, Veteres inter etiamfi nullum ea fuper re confenfum fuiffe fateatur, aft tamen binos faltem quocumque fuiffe menfe dies, quos etiam recenfet, oftendit, quibus nimium feftivitas quidem nulla, fed opus aliquod, five publico juffu, feu privato, nifi quod neceffum erat, adgredi confilio, veluti mali ominis infortunium, Ethnici abftinebant.

bant (1). Violatos interdum ejusmodi fuisse dies haud inficiatur Doduvellus; ast tantum tamen earum fuisse Idololatriæ tempore consuetudinum contemtum jure ac merito suspicari se posse negat. Denique ut ut ferendus tantus Chronologiæ error recentioribus esset in Martyrologiis, quæ non a Diptychis derivarunt, sed a Patribus, & aliquando aliquibus ab Actis, quæ in Titulis haud semel errare solent, in Inscriptionibus, & tempore litteris mendose descripto, absque factis aliquibus accidentalibus, quibus de agitur, discrepante; quod mirum minime, quum Actorum ejusmodi Auctores tanta quanta opus erat diligentia nullatenus pollerent, mandarentque sæpe litteris

Fando aliquid si forte suas pervenit ad aures;

& Historiam texentes, favendæ magis incumberent Fidelium pietati, quam servandis examussim Chronologiæ legibus: tantum tamen & nimium perpetuus, in diebus Martyrum adnotandis error tolerari illis minime potest in Martyrologiis, quæ è Diptychis derivarunt; quum Diptycha Passionis circa diem errare nulla ratione debuissent, præconcepta, quam videbimus, diligentia, qua illis in contexendis suos uti Presbyteros impera-

B

(1) Lib. de jur. Nat. & Gent. III. Cap. 16. 17.

perabat Cyprianus. Sapere mihi omnino videtur Muratorius, dum Martyrologiorum Chronologiam pro viribus tuetur, qui ne tantam quidem ipsis in Kalendariis fuisse in ratione temporum licentiam, adversus Papebrochium, atque Pagium ostendit (1). Quantum suo fidit Martyrologio Gregorius! (2) Quantum Aquilejensi Ado! (3) Adeo verum est, Veteres semper, sive probe, sive secus dein id præstiterint, habendam in Martyrologiis duxisse dierum ac temporum rationem.

XI. Nihil igitur reliquum est, nisi nostram ut confugiamus ad hypothesim, qua Doduvellianis fiat Objectis satis, qua prolixiora & uberiora vindicentur Martyrologia; dicamusque, sin minus omnes, ast plurimos saltem ex illis, qui inauspicatis, infaustisque diebus descripti in Martyrologiis inveniuntur, passos citra mortem fuisse, fuisseque iccirco sine Sanguine Martyres. Poterant enim qui in ærumnis & angustiis erant sua pro Religione Christiani, diebus ethnicorum in sententia, atris, ægyptiacis, nefastis e vita naturali fato migrare; diebus, quibus ad supplicia, pro moribus Romanorum, damnati fortasse minime fuissent, quibusque quum incruenti martyrii cursum tandem constan-

(1) Differt. XIX. Tom. I. Anecdot. Latin.
(2) Epist. XXIX. Lib. 7.
(3) Præfat. ad Martyrolog.

ſtantiſſime complevissent, diligenter in Diptychis, uti Catholica moris erat in Eccleſia, ſtatim adnotati, veterum Auctoribus Martyrologiorum Diptycha conſulentibus, eoſque inauſpicatis conſcriptos diebus reperientibus, anſam dedere, diebus illis pariter nefaſtis, glorioſos Chriſti Pugiles, ſuos in Nomenclatores adcurate transferendi.

XII. Sed & alia ſequerentur, & quidem maxima, aut Ego fallor, noſtra ex Opinione commoda. Mirantur enim aliqui vehementer, quum Sanctum extra perſequutionum tempus in pace deceſſum, appellatum adhuc in Martyrologiis vident ſimpliciter Martyrem, uti de Sancto Zenone nuperi editores Veronenſes (1): Emendandum alii probatum etiam credidere Martyrologium, quod Martyr ſimpliciter dictus in eo fuerit S. Reſtitutus Carthaginenſis Epiſcopus, quem tamen haud fuiſſe Martyrem argumento ajunt, tum quod Poſſidius memorans Sermonem, ejus in Feſto a Divo habitum Auguſtino, ſileat de Martyris titulo: tum etiam quod diſerte Pontius Diaconus, in Vita S. Cypriani, Carthaginienſes inter Epiſcopos, neminem ante Cyprianum ſubiiſſe Martyrium ſcribat. At Cypriano anteriorem fuiſſe Reſtitutum, certiſſime ex eo liquet, quod anteceſſerit annum Chriſti tercenteſimum, ad quod uſque tempus poſt Cyprianum nonniſi Lucianus & Men-

(1) Differt. Operib. S. Zenon. præfix.

Mensurius Carthaginienses Episcopi fuere (1). Num hæ, similesve oriri poterunt dubitationes, si fortasse semel fuerit evictum, Martyrem simpliciter in Martyrologiis jure ac merito appellari, qui gravissima post tolerata Christi pro fide tormenta, demum

- - - - - - *placida compostus pace quievit?*

Habemus immo Veteres apud Ecclesiæ Patres apertissima de paucitate Martyrum testimonia, quum præter Origenis illud a Doduvello memoratum (2), Tertulliani aliud Oxoniensem fugerit Professorem, quo Christianorum *faces ad Martyria timidiores* appellat (3): habemus & Patrum testimonia de numero Martyrum innumerabili (4). Quibus eorum autem palmam dabis? Adferentibus ne Martyrum copiam, an paucitatem? Dicere namque cum Doduvello, Cyprianum pro multitudine stantem, & quem adversam vult trahere in sententiam, de futuris tunc temporis loquutum esse Martyribus, Martyresque *temporis nostri*, apud eundem, pro *Christianis Martyribus* accipiendos (5); hoc, in-

(1) Theophyl. Raynaud. Disquis. de Martyr. per Pest. Part. III. Cap. 2.
(2) Lib. III. contr. Cels.
(3) Lib. adv. Prax. Cap. 3.
(4) S. Cyprian. Lib. de Exhort. ad Martyr. Cap. XI. D. Gregor. Homil. XXVII. in Evangel.
(5) Differt. Cyprianic. XI. §. LXII.

inquam, adſerere, nil profecto foret aliud, quam peſſimam habere Lectorum opinionem. Animadvertere, Origenem, ac Tertullianum, pro paucitate quaſi differentes, laboraſſe inſatiabilitate Martyrii, tempeſtivum profecto foret adverſus Tertullianum, qui Montaniſtarum in ſchiſmate ſcripſit contra Praxeam, ſecus Origenes ſi ſpectetur, qui Catholicus ea in re diſſeruit contra Celſum. Itaque Cyprianum, Gregorium, alioſque Patres pro Martyrum immenſa copia differentes, cum Origene, ac Tertulliano perfectiſſime convenire dixeris, ſi, noſtram juxta ſententiam, quæ ſola ἁμαξιαία eſt, videlicet plauſtralis via, priores loqui de Martyribus tantum credas coronatis, ceteros autem conſumatis de Martyribus, & de Martyribus ſine Sanguine conjunctim enumeratis.

XIII. Hac noſtra denique in hypotheſi, Romana conciliantur cum Hiſtoria Martyrologi, conciliantur cum natura rerum. Temperamento hac in re opus eſſe aliquo ſenſit apto quodam modo Clericus, qui Maſſueti de Scriptis agens, Martyrium Irenæi adverſus Doduvellum vindicantis, ſcripſit; (1) *Se ne doute neanmoins pas, que M.r Doduvel n'eut raiſon a divers egards, lorſqu' il diſoit qu' il y avoit eu beaucoup moins de Martyrs, qu' on ne croit; quoique il ait un peu outré la matiere, & trop pouſſé ſes con-*

(1) Tom. XXV. Bibl. Choiſ. P. II. art. 1.

jectures. Sane talis tantusque Martyrum Catholica celebratur in Ecclesia numerus, ut humanæ mentis captum superare videatur, & Criticorum animos vehementer commovere; tantas quippe ad neces (si omnes laudati Martyres credi reapse debeant consumato Martyrio coronati) vires Carnificibus suppetiisse possibile non est. Dein quibus umquam immitis adeo probari potuisset laniena? Pedanium Secundum Urbis Præfectum Servus ipsius quum interfecisset, seu negata libertate, cui pretium pepigerat, sive amore exoleti infensus, Dominum æmulum non tolerans, *cum vetere ex more*, ut ait Tacitus (1), *familiam omnem, quæ sub eodem tecto mansitaverat, ad supplicium agi oporteret, concursu Plebis, quæ tot innoxios protegebat, usque ad seditionem ventum est: Senatuque in ipso erant studia nimiam severitatem adspernantium, pluribus nihil mutandum censentibus . . . . . . Sententiæ Cassii* (vetere pro more differenti) *ut nemo unus contraire ausus est, ita dissonæ voces respondebant, numerum, aut ætatem, aut sexum, ac plurimorum indubiam innocentiam miserantium. Prævaluit tamen pars quæ supplicium decernebat, sed obtemperari non poterat, conglobata multitudine saxa & faces minitante.* Haud ignoro equidem, Christianorum neminem ab Ethnicis insontem creditum fuisse; no-

(1) Lib. Annal. XIV. Cap. 43.

notum etiam, nostræ Religionis homines, turmatim aliquando, & veluti belli jure interfectos. Unus in Phrygia,

Impastus ceu plena Leo per ovilia turbans,
Aut veluti pleno Lupus insidiatus ovili
Dum fremit ad caulas,

universos unius Civitatis Christianos in ipso eorum conventiculo concremavit (1). Verum ut ut hæc aliquando ita contingere potuerint, atque contigerint reipsa, ast tamen frequentes adeo fuisse universales hujusmodi lanienas, ut tot millenis, frequenter adeo, simulque, vel in uno Martyrologio metrico liberi recensitis respondere potuerint Martyribus, si consumati omnes esse debeant, minime crediderim. Nonnulli Martyrologiorum Commentatores, voci *mille*, aut *millia* substituunt alteram, *Martyres*, aut legendum docent, *Milites*; (2) Verum qualis erit reponenda Lectio, nulli ubi esse poterant Romani Milites, ubi solæ passæ memorantur, infinitæ tamen, Fœminæ?

XIV. Ceterum etiamsi Clerici in judicio quandam dignoscere veluti possis involutam veritatis imaginem ac Umbram, eam tamen, sagaci quodam sensu, odoratus ille

 qui-

(1) Lactant. Lib. Divin. Instit. V. Cap. XI.
(2) Florentin. ad XIV. Kal. Mart. & ad IV. Kal. April. Vetustior, Martyrol.

quidem eſt, aſt probe non intellexit tamen; quippe quum ad ea tunc minime animadverteret, quæ ambiguis de verbis in Arte Critica diſſeruit, Martyrumque nomen ipſe etiam preſſiore ſolum ſignificatione interpretari pergeret, adeo ut receptos Catholica in Eccleſia, aut deſcriptos prolixioribus in Martyrologiis Martyres, eos modo intelligeret appellandos, qui vitam pro Domino ſuderunt, quorumque diſſecuerunt Tyranni coſtas, ſcrutati ſunt adipem, ſparſerunt viſcera; factum inde eſſet, ut ſi Martyrum copiam, æquiorem trahere ad cenſum Clericus perrexiſſet, quamplurimos, Catholica receptos in Eccleſia, veluti ſuppoſititios, ex albo Martyrum abſque dubio rejeciſſet. Hac autem ratione quum diſſentientes inter ſententias iniri poſſe concordiam, cum pietas, tum etiam veritas quammaxime obſtent, opus eſt, id ad efficiendum, recta interpretatione noſtra, ſive noſtra de Martyribus ſine Sanguine hypotheſi. Si enim glorioſiſſimum Martyris nomen illis etiam aptetur, qui pro Fide, pro Religione, uſque ad obitum

Aflicti vitam in tenebris luctuque trahebant;

ſi eo inſigniti olim fuerint Catholica in Eccleſia titulo, non ſi modo qui Martyrii triumpho, verum & ceteri, qui glorioſa diuturnis ex cruciatibus Confeſſionis ovatione clarue-

ruerunt, jam placidis coire poterunt immitia, jam Romana cum Historia, cum Historia Imperatorum, & eorum Edictis stabit Ecclesiarum de immensa Martyrum copia Traditio, stabit Ecclesiæ Tabularum ac Fastorum, saltem rei in substantia, perperam oppugnata veritas, stabit receptis sua fides monumentis.

XV. Antequam autem sententiæ momenta meæ in medium adducam, apertissime fateor, hoc me minime differere in loco de Martyribus similitudinarie talibus, de Martyribus, impropria & latissima significatione eo nomine appellatis, de virtutum, de Virginitatis atque Charitatis Martyribus, de Martyribus denique voluntate, proposito, aut in habitu, non autem in actu. Nec vero hoc agere me in loco quis existimet iis de Viris Sanctis, qui ab impiis, quamvis ob caussam, vexati & occisi, more temporibus aliquibus solenni, Martyres universim dicebantur (1); aut eos Martyres appellare velle, quos, ut verbo utar Willelmi Malmesburiensis, irruentibus Latrunculis cæsos, credula in Martyres consecravit Antiquitas (2). Id enim Catholicæ minus probatum fuisse Ec-

(1) Natal. Alexand. Hist. Eccles. Secul. VII. Cap. IV. §. 7. n. 10.
Mabill. Præfat. in Secul. III. Benedict. Observat. VII.

(2) Lib. II. de Pontif. Cap. 5.

Ecclesiæ ex eo satis ostensum autumo, quod optanti Phocæ, Christianis Præsuilibus haud utique inviso, ut illi etiam Martyrum innumerum adscriberentur, qui in bello fuerant Fidei ab Hostibus interfecti, Orientales omnes Episcopi constantissime restiterunt. (1) Sermo igitur est de tortis atque cruciatis, de passis mutilationes ac proscriptiones, de iis quos in carceribus atque exsilio, incruciatibus, Christi pro Fide toleratis, incruenta quidem, sed pretiosa tamen, quia adhuc misera, mors tandem invenit. Hosce autem si numero adhuc maximo jungas eorum, qui totum sanguinem pro Domino fuderunt, animadvertasque quanta Doduvellus ipse fateatur exsilia, quantas proscriptiones, quantas ad metalla damnationes, quantas denique in Christianis mutilationes ac corporum debilitationes, eosque omnes, Catholica cum Ecclesia, appellare velis Martyres, copiam profecto Martyrum constitutam agnoveris, non prolixioribus modo Martyrologiis ac Menologiis, sed Traditionibus etiam Ecclesiarum omnium, quarum quæque suos celebrare solet Martyres, imo popularibus adhuc Traditionibus (ni superet) respondentem.

XVI. Ædificium autem, quod stabili firmoque nititur fulcro, facilius atque fœlicius

(1) Baron. adnot. in Roman. Martyrolog. XIII. Kal. April.

cius altam evehere se solet in molem . Itaque nil certius adsertione nostra , quum indubium sit , eos , qui Christi ob nomen in carcere moriebantur , vel in fuga , aut in solitudine a Latronibus aut Bestiis occidebantur , vel rerum necessariarum ob inopiam interibant , vel quacumque correpti ægritudine exstinguebantur , tortos demum , ac citra mortem cruciatos , gloriosissimo Martyrum nomine , primarum tempore persequutionum , & illis etiam exactis , fuisse ab Ecclesiæ Patribus honestatos . Primus in medium prodeat Hermas , qui Pastoris in Libro ad Ecclesiam , in Visione tertia ita scribit : *Dico ei , Domina , vellem scire quæ sustinuerunt ? Audi , inquit , Feras Bestias , flagella , carceres , cruces caussa nominis ejus . Propter hoc illorum sunt dextræ partes sanctitatis , & quisquis patietur propter nomen Dei : reliquorum autem sinistræ partes sunt* . Et in Similitudine octava ad Angelum patientiæ : *Qui sunt ergo Domine , inquam , in turrim euntes coronati ? Ait mihi : Quicumque luctati cum Diabolo , vicerunt eum , illi sunt coronati . Illi autem sunt , qui ut servarent legem , perpessi sunt iniqua . Illi vero qui virides virgas , pampinosque sine fructu habentes tradiderunt , propter eandem quidem legem vexationem sustinuerunt , non obierunt autem mortem , sed nec abnegaverunt sanctam legem* . Et in Similitudine nona :

De

De Undecimo monte, in quo erant Arbores aliis atque aliis fructibus oneratæ, hi sunt qui crediderunt, & propter nomen Domini mortem obierunt, & animo prompto passi sunt, & ex toto corde suo animas suas tradiderunt. Et dixi: Quare ergo, Domine, omnes hæ arbores habent quidem fructus, sed earum quædam pulchriores? Audi inquit: Quicumque propter nomen Domini passi sunt, honorati apud Deum habentur, & omnium eorum deleta sunt delicta, quia propter nomen Filii Dei mortem obierunt. Quare autem fructus eorum dispares sunt, & excellunt quidam inter illos, audi: Quicumque enim perducti ad Potestates, interrogati non negaverunt Dominum, sed prompto animo passi sunt, honestiores sunt apud Deum. Qui excellunt igitur fructus, eorum sunt: Qui vero timidi ac dubii fuerunt, & deliberaverunt in corde suo, utrum ne faterentur, an negarent, & passi sunt, horum fructus exiguiores sunt.

Eo autem libentius hoc vetustissimum tuli testimonium, quo illius ope, Ecclesiæ doctrinam atque disciplinam, meamque facilius consequi Lector possit mentem. Nempe discrimen aliquod inter eos certe admittendum est, qui pro Christo mortem obierunt, ceterosque, qui debilitati ac vexati modo, pro Fide fuerunt, aqua & igni interdicti. Non idem Martyrii gradus, non eadem profecto gloria. Verum illo in diverso gradu, illa

in diversa gloria, proprium tamen fuit utrorumque cognitum Martyrium. Si enim ex Pastoris Libro *delicta delicta omnium fuerunt*, igitur fuerunt omnes, in sententia, inque sensu illorum temporum, licet in diverso gradu Martyres. Itaque nec nos laureatos Martyres cum iis confusos volumus, qui tantum erant *Elogio Martyres*; verum hosce etiam jure tales appellatos propugnamus, atque ex his potissimum innumeram Martyrum constitutam copiam. Hæc autem ex dicendis enucleatius dignoscentur. Aliorum interim pergamus dicta enumerare Patrum. S. Cyprianus ita de illis qui in carcere moriebantur: *Corporibus etiam omnium, qui etsi torti non sunt, in carcere tamen glorioso exitu mortis excedunt, impertiatur & vigilantia & cura propensior; neque enim virtus eorum, aut honor minor est, quo minus ipsi quoque inter Beatos Martyres aggregentur.* (1) Vides hoc ex Sancti Præsulis testimonio, Martyres Catholica habitos fuisse in Ecclesia cum eos qui torti erant, tum eos etiam, qui, neque tamen torti, in carceribus moriebantur. Heinc ejusdem ad Cypriani locum hæc adnotat sapientissime Rigaltius: *Perperam hujus Epistolæ argumento Pamelius differentiam fuisse contendit inter Confessores ac Martyres, quasi Martyr haberi non debeat, qui post gloriosam Christiani*

(1) Epist. edit. Rigalt. XXXVII.

stiani nominis confessionem tormenta, mortemve non sit passus. Perperam dico. *Nam hic apertissime Cyprianus Martyrum numero adnumerari debere ait Confessores, qui supremum diem in carcere obierint*. Videat igitur, quanto versetur in errore Doduvellus, imperatoria qui dixerat voce, corporum debilitationes, atque cruciatus, *multos fecisse Confessores, nullos tamen Martyres*. Ut enim ex Nicolao Fabro sapienter, & vere docuit Editor Operum Cypriani Oxoniensis Fellus, certum ex Sancto Præsule Africano est, *Confessores dictos esse, qui coram Judicibus interrogati Christum confessi erant: Martyres autem eos dictos, qui Christum professi, & præterea, ut abnegarent, torti perseverabant*. (1) Quare discrimen modo adgnoscendum eos inter, qui semel a Tyrannis comprehensi, pœnarum tamen expertes, peracta Christiani confessione nominis, evadebant, ac dimittebantur incolumes, uti Eusebio contigit Cæsariensi, (2) aliisque non paucis; & ceteros adhuc bene multos, quibus etsi datum nullatenus fuisset ὑπὲρ Χριστοῦ διαγωνίσασθαι, ad mortem usque perduci, debilitati tamen erant, cruciati & torti, aut in carcerem ad interitum usque acti, qui proscriptiones, exsilia, dispersiones, bono-

rum-

(1) Adnot. in Epist. Cyprian. edit. Fell. XV.
(2) Florentin. Excercit. II. pro D. Hieronym. contr. Eufeb.

rumque jacturam, cetera demum angustiora ac miseriora mala, Christi pro Religione strenuo, ac constanti animo tolerabant. Priores illos *Confessores* quidem, ceteros autem omnes procul dubio *Martyres* certum est Catholica fuisse appellatos in Ecclesia; quod videlicet Christi nomen, non confessi modo, sed contestati passionibus quoque, & durissimis, esto citra mortem, cruciatibus essent, unde verissimi Testes Religionis forent, iccirco verissimi Martyres.

XVII. Utique qui profundam hanc, rectam veramque tamen, super Cypriani verbis & Epistolis animadversionem facere non valuerunt, decepti etiam ab Auctoribus Tractatuum de Duplici Martyrio, & de Simplicitate Prælatorum, qui Cypriani non sunt, ei tamen tribuuntur, credidere facile, Confessores eos dictos pariter fuisse, qui tormenta & exsilia, qui cruciatus atque mala pro vindicanda Religione passi erant; nominaque Martyris atque Confessoris usurpata a Cypriano promiscue fuisse. Verum qualis erit inde sensus Inscriptionum tot in Epistolis Cypriani, *ad Martyres & Confessores*? Inconsulto illa quidem, nisi Felli ex interpretatione datas intelligamus Epistolas, tum ad eos, qui torti jam, & cruciati adhuc in carceribus erant, tum etiam ad eos, qui nondum torti, nondum cruciati, in eisdem tamen ob emissam Christiani nominis confessio-

fessionem detinebantur. Primi igitur semper appellati a Cypriano Martyres, postremi tantum Confessores. Haud inficiamur quidem, Scriptores nonnullos recentiores Confessoris aliquando voce, significatione latissima & impropria usos, eam iis applicasse, qui passi, citra tamen mortem, erant. Ast minime id mirum, quum & Auctores præsto sint, Confessorum nomine eos appellantes, qui consumato Martyrio totum sanguinem pro Domino fuderunt. (1) Sic S. Gregorius Papa Romanis de Pontificibus Martyribus Confessorum Liturgiam recitari voluit, sed, ut ait Micrologus (2), propter excellentiam dignitatis Apostolicæ, & ut Pontificis dignitatem eo modo insinuaret. Verum vocis significatio, non arbitraria ex applicatione, sed prout omnium auribus, per inolitum usum sonare solet, pro seculi usu, pro seculi stylo interpretanda est. Qui in Galliis Martyris nomen, etiamsi multa Christi pro Fide sustinuissent mala, respuebant, ex humilitatis, ita ut dicam, abundantia, id perpetrasse vel Ecclesiarum Viennensis ac Lugdunensis Epistolæ emphasis ab Eusebio relatæ apertissime declarat. Stupebant

(1) **Ambrof. Lib. II. ad Imper. Grat.**
Paulin. Episc. XXVIII.
Johan. Antiochen. apud Facund. Hermian. Lib. VIII.

(2) **Lib. de Ecclesiast. Observat. Cap. XLIII.**

bant enim illæ, quod quum semel atque iterum, imo sæpius martyrium beati Christi Pugiles subiissent, adhuc tamen Martyres appellari noluissent; quod recepto tamen ex usu per Epistolas, ac familiari in Colloquio quotidie evenire fatebantur: ἐν τοιαύτῃ δόξῃ ὑπάρχοντες, ϗ' ἐκ ἅπαξ ἐδὲ δὶς ἀλλὰ πολλάκις μαρτυρήσαντες, ϗ' ἐκ θηρίων αὖθις ἀναληφθέντες, ϗ' τὰ καυτήρια ϗ' τὰς μώλωπας ϗ' τὰ τραύματα ἔχοντες περικείμενα ἔτ' αὐτοὶ μάρτυρας ἑαυτὰς ἀνεκήρυττον &c. (1) Recte Tillemontius hisce loquens de Martyribus: (2) *Les Saints qui avoient defendu avec tant de courage le nom de Jesus Christ devant les Juges, ne travailloient pas moins a inciter son humilité. Quoiqu' ils eussent rendu temoignage a la verité, non pas une fois ou deux, mais plusieurs fois, quoique ils eussent eprouvé la cruautè des Bestes, quoiqu' on vist sur leurs corps les marques des fers brulans, des fouets, & des autres tourmens qu' ils avoient soufferts; & qu' ils eussent ainsi meritè avec tant de gloire le nom de Martyrs, que l'on donnoit encore cent ans aprés a ceux qui avoient souffert quelque tourment pour Jesus Christ, cependant non seulement ils ne se donnoient pas ce titre, mais ils ne vouloient pas souffrir que les autres le leur donnassent.*

(1) Eufeb. Lib. Hiftor. Ecclef. V. Cap. 2.
(2) Tom. III. Monument. Hiftor. Ecclef. Part. I.

Itaque nil usui, atque obtinenti Disciplinæ, nil veritati, Thesique nostræ officit aliquorum illud adeo demisse de se sentiendi consilium, ut debito glorioso nomine appellari minime gauderent; siquidem, humilitatis ergo, & Paulus, *ego enim*, inquiebat, (1) *sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus*; quum tamen & Apostolus esset, & unus ex Principibus Apostolorum. Denique illi etiam Christiani, qui primarum tempore persequutionum, comprehensi tantum erant, & in carceribus constituti; semel autem atque Christum fuissent Gentiles ante Magistratus confessi, a severissimo adhuc Tertulliano *designati* appellabantur, & *candidati* Martyres *martyrii*. (2)

XVIII. Reapse scribebat ad *Martyres* Tertullianus, ad *Martyres* scribebat, uti diximus, frequentissime Cyprianus, qui suis in Epistolis, millies de vivis loquens in carcere constitutis vera pro Religione Christianis, eos pæne semper, imo certe semper, gloriosissimo Martyrum nomine decorabat. Insignis est ejusdem S. Præsulis ad Mosem & Maximum, ceterosque pro Fide, citra tamen mortem, afflictos atque tortos Epistola, eosdem ita compellantis: *Nutantem multorum fidem Martyrii vestri veritate solidastis*.

(1) Epist. ad Corinth. 1. Cap. XV. 9.
(2) Lib. ad Martyr.

dastis; *Vere Evangelii testes*, *& vere Martyres Christi*, *radicibus ejus innixi*, *supra petram robusta mole fundati*, *disciplinam cum virtute junxistis*, *ad timorem Dei ceteros provocastis*, *Martyrii vestri exempla fecistis*. (1) Idem in Epistola quoque ad Presbyteros Diaconosque, & ad Plebem universam, de vivente adhuc Aurelio, & Lectore ordinato, quod extorris olim factus, & Confessionis suæ victoria non semel gloriosus exstiterit: *Vos*, inquit, (2) *Orationibus frequenter insistite*, *& preces nostras vestris precibus adjuvate*, *ut Domini misericordia favens nobis cito Plebi suæ & Sacerdotem reddat incolumem*, *& Martyrem cum Sacerdote Lectorem*. Vel in schismate permanenti Florentio Pupiano Martyris nomen elargitur denique Cyprianus; (3) e stylo temporis videlicet, exque usu Catholica recepto in Ecclesia, eos omnes, qui citra etiam mortem passi pro fide fuerant, appellandi Martyres; sique legisset Doduvellus, quæ celebri in exhortatione ad Martyrium, dum ad Thibaritanos scriberet (4), de iis dixit Cyprianus, qui vel in fuga, vel in solitudinibus fame cruciabantur, haud dixisset profecto, eorum fugam, obstasse maxi-

(1) Epist. edit. Rigal. XV.
(2) Epist. edit. Rigalt. XXXIII.
(3) Epist. edit. Rigalt. LXIX.
(4) Epist. edit. Rigalt. LVI.

me, *quo minus multi esse potuerint Martyres*; sed eosdem cognovisset Catholica fuisse in Ecclesia Martyrum decoro nomine honestatos.

XIX. Enumerat Eusebius varia suppliciorum genera, quibus, in ea, quæ decimonono accidit Diocletianei Imperii anno, Ecclesiarum eversione, cruciati fuere Christiani. Plurima ex illis mortem non utique inferebant, & tamen subdit: ἀλλ' οὐ γε', κατὰ τῶν ἁγίων αὐτοῖς μαρτύρων πάντα προυχώρει. *Verum hæc adversus Sanctissimos Dei Martyres parum prospere eis* (Tyrannis) *cessere*. (1) Evagrius vivæ cujusdam Martyris mentionem facit his verbis: Τότε δὲ, Γολανδοὺχ μάρτυς ζῶσα παρ' ὑμῖν ἦν &c. (2) Refert & Athanasius Potamonem Episcopum duplex subiisse Martyrium; (3) Quid dicam de mente Augustini? Vocis Martyris significationem ita exprimit sanctissimus Præsul: *Per quorum confessiones, passiones, ac mortes hoc Deo placuit attestari, Martyres appellantur*. (4) Sanctus autem Hieronymus in Epitaphio Paulæ Matris ad Eustochium Virginem: *Delata*, inquit, (5) *ad Insulam Pontiam, quam clarissimæ quondam fœminarum, sub*

(1) Lib. Histor. Eccles. VIII. Cap. 3.
(2) Lib. Histor. Eccles. VI. Cap. 20.
(3) Epist. ad Solitar. Tom. I.
(4) Lib. XXII. contr. Faust. Cap. 76.
(5) Lib. III. Epistol. Familiar.

ſub Domitiano Principe pro confeſſione nominis Chriſtiani , Flaviæ Domitillæ nobilitavit exilium ; videnſque cellulas in quibus illa longum martyrium duxerat , ſumptis Fidei alis , Hieroſolymam & ſancta videre loca cupiebat . Hoc autem ſtylo , hocque Elogio , ſe ſe in laudes Sancti Felicis incoronati Martyris effudit Sanctus Paulinus Nolanus :

Vectus in æthereum ſine ſanguine Martyr honorem
Occidit & Chriſto ſuperis eſt natus in aſtris,
Cæleſtem nactus ſine ſanguine Martyr honorem .

Nempe Natali primo & tertio , ita autem Natali ejuſdem Martyris quarto :

Tum nivea ſacram caput ornavere corona ,
Sed tamen & roſeam Pater addidit , indice Chriſto ,
Purpureoque habitu niveos duplicavit amictus,
Quod meritis utrumque decus . Nam lucida ſumpſit
Serta quaſi placido translatus in æthera læto,
Sed meruit pariter quaſi cæſi Martyris oſtrum
Qui Confeſſor obit .

Infinitus eſſem omnes ſi Veteres expilare vellem ; ſequioribuſque etiam ſeculis , qui-

 bus

bus Confessoris nomen, ad significandos citra mortem passos Christi pro fide Christianos, obtinere cœperat, cum Græcam, tum Latinam etiam Ecclesiam in ea quidem coaluisse sententia, eosdem ut citra mortem passos, veros esse tamen crederent Martyres, apertissima suppetunt testimonia. Ut enim eos prætermittere velim Græcos, qui Sanctum Cononem in Isauria passum Megalomartyrem dicunt, etiamsi post tormenta tolerata, liberatus biennio vixerit; (1) ipsam habemus tamen ab Stephano Monacho Sabaita Scriptore Græco confirmatam Martyrii sine Sanguine doctrinam, in Actis SS. XX. Monachorum Martyrum in Laura S. Sabæ prope Hierosolymam, quæ Bollandiani Leatio dederunt, edideruntque. (2) Ita enim ille: *Sed numquid ii qui in hac etiamnum vita degunt, & conversantur* (de vexatis loquitur Monachis, qui superstites fuerant occisis) *illustribus Martyrii præmiis judicabuntur indigni? Si enim D. Basilii effatum est: Venerare igitur Martyres ingenue eum qui martyrium passus est, ut voluntate Martyr fias; ac demum sine persecutione, sine igne, sine verberibus ac plagis, eodem cum illis præmio dignus habearis: quanto æquius est Martyres ac Confessores vocari, qui variis laboribus ac certaminibus* cum

(1) Vid. Bolland. Tom. I. Martii. Die V.
(2) Tom. Martii. III. Die 20. Cap. Act. VI.

cum Adversario colluctati, suoque purpurati sanguine, graviora fortassis sustinuerunt, quam ii, quibus tormentorum sensus fuit una cum vita ablatus? Etenim alii atque alii diversimode graviterque saucii, hi manus, isti pedes, illi membrum aliud quodcumque corporis, plerique capita undique vulnerati, ac pene contriti, non modico tempore sub expertissimo Medico simulque Religiosissimo Abbate Thoma longam difficilemque sustinuerunt curationem, constanti quidem fortique animo, non tamen sine ingentis doloris acerbissimo sensu. Nam vulnera per circuitum radens, ipsaque verticis ossa denudans, terebra & scalpro, malleo fabriliter impulso, comminutorum diffractorumque ossium educebat particulas; sic ut ipsa, quæ cerebrum involvit, conspiceretur membrana, nec raro pure ac sanie redundaret: non uno alterove talia patiente, sed plurimis: adeo ut fuerit ex Senioribus aliquis, cui cum manus dirum plane in modum gladio fuerat vulnerata, desperante ejus de curatione Medico, serramque postulante, ut eam a brachio prorsus abscinderet, conspiciens quantos dolores sustinerent, & quanta cum difficultate sanarentur, qui sub Chirurgi manu versabantur Patres, renuit omnino curationem: unde putrefactis carnibus, vermiumque scatentibus multitudine, intra non multos dies, ex hoc corpusculi hujus terreni tantisque obnoxii passionibus emi-

grans ergaſtulo , in expertem doloris atque laboris ſedem Chriſto ſociandus tranſivit : Sanctiſque appoſitus Martyribus vicenarium numerum adimplevit, quemadmodum Sanctorum Martyrum quadragenarium olim additus patientibus cuſtos conſignavit . Verum ne quis ſuſpicetur fortaſſis , proprio nos judicio rem iſtam definire , Beatis hiſce Martyrum nomen appellationemque tribuentes , nobiſque ipſis quodammodo indulgere , ipſum Eccleſiæ univerſæ Doctorem , Joannem , inquam , Chryſoſthomum adducimus, in eorum quæ dicta ſunt hactenus confirmationem , eadem pleniſſime prædicantem , affirmantemque &c. Martyrum igitur nomine , citra etiam mortem Chriſti pro fide paſſos appellabant Græci ſequioris ætatis Antiſtites ; eaque verſabantur tunc temporis Latini etiam in ſententia, uti ex Rhabano patet , ſive Maximo Tarentino , cujus hæc ſunt verba: *Apoſtolis ſubjectum eſt triumphale Martyrum nomen , qui per diverſa tormentorum genera Chriſti paſſionem imitabantur. Alii namque ferro perempti, alii flammis exuſti, alii flagris verberati , alii vectibus perforati, alii cruciati patibulo , alii vivi decoriati , alii vinculis mancipati , alii linguis privati , alii lapidibus obruti , alii frigore afflicti , alii fame cruciati , alii vero truncatis manibus, ſive ceteris membris cæſis , ſpectaculum Angelis & hominibus facti , contumelias in Populis , nudi*

nudi propter nomen Domini portaverunt (1). En igitur vocatos ab Ecclesia, Sermonem istum in Liturgia recitante, Martyres simpliciter, non consumatos modo atque coronatos, sed cruciatos etiam, mutilationes, vincula, exsilium, carceres, alia demum citra semper mortem mala passos, atque tormenta.

XIX. Posterioribus seculis diversimode vocati fuere diversarum pugiles Passionum; solique coronati Martyres, visi sunt gloriosissimum meriti nomen; unde veluti effatum: (2)

Omnis Martyr Confessor: non sic quoque Martyr
Omnis Confessor.

Verum ecclesiastica in Historia diu noctuque versati, rem olim aliter habuisse se, apertissime fatentur; unde eorum etiam ex testimonio Thesim nostram confirmemus vehementer. Omitto notiora, Galesinii scilicet (3), Molani (4), Baronii (5), Florenti-

(1) Sermon. De Sanctis.
(2) Vit. S. Euseb. Abbatiss. Hermaticens.
(3) Epist. Martyrolog. praefix.
(4) Ad diem XI. Januar. Addit. ad Martyrolog. Usuard.
(5) Not. ad Roman. Martyrol. ad diem II. Januar.

tinii (1), Bollandi (2), Muratorii (3), & Cl. illius Clerici Regularis, qui venerabilis Cardinalis Thomasii vindicias adversus Laderchium uberrimas concinnavit (4); placet enim tantum inchoare libamina eorum, qui in antiquitatibus hujusmodi illustrandis majorem videntur contulisse operam. Onuphrius Panvinius de Romanis loquens primorum seculorum Pontificibus, quos omnes Martyres ab aliquibus appellatos; animadvertit, tametsi capite plexos minime singulos fuisse, luce clarius evincat; hæc aperto calamo subdit (5): *Porro autem omnes hi Pontifices forte Martyres dicuntur; quod etsi violenta morte non decesserint, multa tamen pro Christi confessione, a furente Plebe, & iniquis Magistratibus, qui perpetuum in Christianos odium retinebant, passi sunt.* Haud ignorabat utique Panvinius, quæstiones capitis in Christianos semper exercitas minime fuisse: Trajanum Rescripto suo inquisitionem in eos fieri prohibuisse: Hadrianum Pium, & Marcum, neminem, quod Christianus esset, in jus vocari voluisse, ut ipsorum ex Rescriptis, adhuc exstantibus, con-

(1) Not. ad Martyrol. Occid. Eccles. ad diem XI. Januar.
(2) Tom. I. Act. SS. ad diem II. Januar.
(3) Tom. Anecdot. Latin. I. Not. ad Natal. XI. S. Felic. Nolan.
(4) Cap. V. p. 75. 76.
(5) Adnotat. ad Vit. Pontif. Platin.

constat; & quamquam Populorum, vel Præsidum rabie, ejusmodi decreta, quæ Christianis favere videbantur, sæpe infringerentur, & ipsi in Christianos atrocissime sævirent, haud perpetuam tamen fuisse persequutionem, nec omnes persequutiones fuisse sanguinarias. Hæc, inquam, omnia Panvinium minime latebant, qui laudata ante verba hisce in explicandis fuerat totus; Ille tamen in agendi ratione Ethnicorum adversus Christianos, cum Doduvello, pene dixerim, conveniens, oppositam tamen atque ab Doduvelliana diversam, infert consequutionem, Martyres haud ex effuso modo sanguine, sed & sine sanguine habitos appellatosque Catholica confessus in Ecclesia. Heinc Sanctum Linum Romanum Pontificem inter Martyres aliquibus in monumentis haud inveniri animadvertens Tillemontius, ait tamen: *Tout cela n'empeche pas neanmoins qu' il n'ait meritè le titre de Martyr selon l'ancien usage de l'eglise, qui le donnoit a ceux qui avoient une fois souffert quelques tourmens pour Jesus Christ, quoique sans mourir* (1). De martyrio autem Sancti Pontificis Clementis: *Des personnes tres judicieuses croient que l'autoritè du Canon ne nous oblige point de dire que tous les Saints qui y sont nommez sont morts dans les tourmens, par-*

(1) Tom. II. Monument. Histor. Eccles. Par. I. Not. IV. de S. Lin.

parcequ' il suffit qu' ils aient souffert pour la foy , comme S. Jean Evangeliste , S. Apollinaire de Ravenne , & S. Felix de Nole, estant certain que dans le langage des premiers temps de l'Eglise , ces sortes des Confesseurs passoient pour Martyrs . Je ne croy pas que nous aions necessitè d'en dire davantage de Saint Clement (1). Qua interpretatione , nostram juxta methodum , Rufinum atque Zozimum cum Irenæo , Eusebio ac Hieronymo conciliat Tillemontius ; juxta priores enim Martyr ille dicitur, secus apud alteros . Haud absimiliter idem Auctor de in controversiam adducto Sancti Anteri Pontificis Martyrio : *Il se peut faire que Saint Antere sera mort dans la prison , ou dans quelque autre peine qui l'aura fait considerer comme Martyr , & ne sera pas mort neanmoins par les tourmens , & par la mains des executeurs* (2). De Sancto autem Pontifice Cornelio : *Le Pontifical de Bucherius , que nous ne craignons pas de preferer en ce point a tous ceux qui sont moins anciens , dit qu' il finit sa vie en ce lieu par une mort glorieuse, quoique selon l'expression dont il se sert, elle semble avoir estè plutost naturelle que violente . Et cela n'empecheroit pas qu' il ne dust etre considerè comme Martyr , l'Eglise ayant toujours donnè le titre & les honneurs du*

(1) Ibid. Not. XII. De S. Clement.
(2) Tom. III. Part. II.

du Martyre a ceux qui estoient morts dans la prison, comme on le peut croire de S. Corneille. Et il les auroit encore meritez quand il seroit simplement mort dans l'exil. Aussi, quoiqu' il en soit de tout le reste, ce qui est incontestable, c'estque nous le devons honorer avec toute l'antiquitè non seulement comme un homme rempli du S. Esprit, & comme un Prelat juste & pacifique; mais encore comme un Saint, & un glorieux Martyr. (1) Jamque adlata ante loca, hacce usus fuerat Tillemontius doctrina, de Sancta loquutus Thecla Martyre, quam eo Patres titulo simpliciter decorasse novimus, etiamsi cruenta super ejus morte reliquum superesse nil demonstret. *Il est plus aisè de repondre aux autres Peres qui luy ont donnè le titre de Martyre. Car ils ont pu suivre en cela le lengage etabli dans le premiers temps de l'Eglise, ou l'on donnoit ce titre a tous ceux qui avoient souffert pour la foy, quoiqu' ils ne fussent pas morts dans les tourmens. Ainsi les Chretiens etant accomodez a regarder S. Thecle comme Martyre, ils ont suivè cet usage, sans s'amuser a examiner si elle l'etoit au meme sens que l'on prenoit ce mot de leur temps.* (2) Denique quum animadvertisset idem Tillemontius, olim scripsisse Photium, Origenem sub Decio Martyrem fuisse, rem ita

(1) Tom. III. Part. III. Art. 16.
(2) Tom. II. Part. I. Not. IV. De S. Thecl.

ita interpretatur: *Il faut que Photius; ou celui dont il a pris ceci, ait esté trompé par par l'equivoque du mot de Martyre, que l'on peut donner souvent a tout ce qu' on souffre pour la verité, mesme sans en mourir. En ce sens on peut dire qu' Origene a esté Martyr sous Dece; sans nier ce qu' Eusebe nous assure qu' il n'est mort que sous Gellius* (1). Doduvellus quoque tota sua in Dissertatione deceptus est equivoco Martyris nomine, equivoco nomine Martyrii, fecitque præpropere univocum.

XX. Sed Raynaudo nemo doctius, laudabiliusque Martyrii doctrinam pertractavit, qui nostra secundum vota Martyris, Martyriique nomina, pro veterum usu seculorum, longe aliter ac è nostro usurpata fuisse pro veritate ac sapientissime docet. *Martyris*, inquit, (2) *dulcissimum Nomen, ut observat S. Augustinus Conc.* 20. *in Psal.* 118. *Græcum est; sed ut idem S. Doctor observat ibidem Conc.* 9. *Latio donatum, quod in Christianæ Plebis auribus suavius sonaret, quam latina vox Testis. Itaque ii duntaxat dicti sunt defungi Martyrio, esseque Dei testes, ac Martyres, qui certo modo operosiore testimonium Deo perhibuissent, sive vexati, aut incommodis affecti, sive morte per cruciatus*

(1) Tom. III. Part. III. Art. 28.
(2) Disquisit. Theologic. De Martyr. per Pet. Antelogn.

ciatus multati. Nam quod plerisque, etiamsi naturali morte excessissent, aptatus sit Martyrum titulus, tantum ob exceptas propter Christum ærumnas, in confesso est; ex eoque S. Augustinus in Psalm. 127. ad v. 4. S. Felicem, qui ante admotos cruciatus illos, exstinctus in carcere fuerat, agnoscit fuisse vere Martyrem. Sed explicatissime S. Chrysostomus Oratione de S. Eustachio Antiocheno. Cum enim non fuisset S. Eustachius cæsus pro Christo, sed tantum relegatus a Patria, eumque nihilominus S. Chrysostomus appellasset Martyrem, subveritus quod opponi posse videbatur, non fuisse scilicet appellandum Martyrem, qui naturali morte perfunctus esset; respondet S. Pater, recte a se vocatum Martyrem, qui non ipse martyrio, sed ipsi potius Martyrium defuit, multasque propter Christum ærumnas generose excepisset. Multo magis autem qui torti, & cruciatibus (tametsi citra mortem) affecti, digni fuerunt qui nomine Martyrum dignarentur. Et ita passim factum videmus a S. Cypriano, & aliis Patribus. Præclarum est in eam rem exemplum Eusebii Vercellensis, qui apud Ambrosium Sermone LXIX. quo graves ejus cruciatus describuntur, Martyr appellatur, quo etiam nomine insignitur Romano in Martyrologio I. Augusti; quamvis eum postea pacifice quievisse certe monstret Cardinalis Baronius anno 731. Notum & illud S. Paulini

lini Epiſtola II. ad Victricium, *quem in carcere pro Chriſto aliquà citra mortem paſſum*, *appellat vivum Martyrem*. *Idem Natali primo & tertio S. Felicis*, *qui poſt irrogata tormenta dimiſſus*, *diu ſuperſtes fuerat*, *Martyrem ſine ſanguine nominat*. *Hæc igitur fuit aliquando vocis propoſitæ notio*, *ut Martyres non ii tantum dicerentur*, *qui mortem pro Chriſto oppetiiſſent*, *ſed ii etiam*, *qui aſpera pro eo perpeſſi*, *eo operoſiore modo teſtificati eſſent*, *veram eſſe doctrinam*. . . . *Habemus ergo qui preſſe*, *& in quodam vocis rigore*, *per inolitum uſum probato*, *Martyres ſint dicti*: *nempe omnes qui mortem pro Chriſto oppetierunt*, *vel cum tormentis & gravibus ærumnis exſtrinſecus irrogatis ſunt conflictati*. En uno in teſtimonio plura; Veterum nempe doctrinam Patrum, & inſignia exempla tanti Theologi adſenſu legitimo confirmata.

XXI. Plura, uti dicebam, poſſem aliis ex Recentioribus adferre rei, quà de agimus, teſtimonia; noſtram ſiquidem ad hypotheſim animum intendiſſe arbitror Mabillonium, de Doduvello, ex Cyprianicæ Diſſertationis argumentis copiam oppugnante Martyrum, dicentem: *Qui ſuis alias armis facile revinci poſſet* (1); ſed agmen illorum, qui noſtra ſunt in ſententia, claudat demum ce-

(1) Iter Italic. pag. 136. 137.

celeberrimi Cardinalis olim Lambertini, fœlicissimo & sanctissimo Catholicos in præsens

Qui regit Imperio Populos ,

Benedicti videlicet XIV. exemplis copiosissimum testimonium : *Martyres* , inquit , (1) *erant illi , qui pro vera Fidei defensione moriebantur , aut qui atrocissima tulerant pro Fide tormenta , licet fuerint superstites , & in pace quieverint . Quocirca præter mox deducta , in Conciliis habitis sub S. Cypriano nonnulli Episcopi se subscripserunt nomine Confessorum , nonnulli nomine Martyrum . Tertullianus in Libro adversus Praxeam Cap. I. probat Praxeæ , nomen Martyris nullatenus competere , non quia fuisset post tormenta superstes , sed quia brevem tantum passus fuerat carcerationem ; & famigeratus Ecclesiæ Doctor S. Apollonius apud Eusebium invehitur adversus Montanistas , qui contendebant quemdam Temisonem , hominem de cœtu ipsorum , Martyris titulo esse decorandum licet viventem , & probat eum Martyrem non esse appellandum , non quia post tormenta supervixisset , sed quia , data pecunia , a carceribus evaserat , & in libertate constitutus , novam eructare cœperat doctrinam sensui Ecclesiæ adversantem .* Adfert

D inde

(1) Lib. de Serv. Dei Beatif. &c. 1. Cap. II. num. 7.

inde egregius Pontifex quæ mox ego ex Theophilo retuli Raynaudo, dein alio sapientissime subdit in loco: (1) *Sequuntur exempla pariter ab Ecclesiastica Historia desumpta eorum, qui in carcere, aut exilio mortui sunt ex ærumnis usque ad obitum continuatis, quique etiam uti Martyres coluntur, de quibus porro multa habentur in Libro eruditi Viri Antonii Gallonii, De Cruciatibus Sanctorum Martyrum, exilio damnatorum, aliorum adscriptorum Operibus Ædificiorum, & purgationi Cloacarum, aliorum denique ad metalla destinatorum. Scilicet de Sancto Marcello legitur in Libro Pontificali, variantibus Lectionibus & notis locupletato a bonæ memoriæ Joanne Vignolio, in vita dicti Marcelli*: quod contemnens, ac deridens dicta ac præcepta Maxentii, *qui eum adigere tentabat, ut Dæmonibus sacrificaret*, damnatus est in Catabulum, *hoc est publicum Stabulum animalium, ut eis deserviret*; & quod tandem in servitio animalium nudus, amictus Cilicio defunctus est. *De Sancto Martino Papa captivo in Græciam deportato, in fine Collectaneorum Anastasii, quæ Sirmondus publicavit, habemus*: Obiit autem idem Sanctissimus ter beatus Apostolicus Martinus Papa recens revera Confessor & Martyr Christi Dei nostri in ea-

(1) Lib. III. Cap. XII. n. 9. 10.

eadem exulatione Cherfonefæ, juxta ejufdem ad Dominum Deum noftrum petitionem, quam obtulit ei cum lachrymis exiens de Navi, & calcans terram illam, ideft, ut in ea finiret vitam, bonum certamen certans, curfum martyrii confumans, & bonam fidem fervans. *Additur ab aliquibus exemplum S. Silverii Pontificis, qui in exilio ærumnis confectus, & inedia confumtus die 20. Junii diem claufit extremum, cujufque memoria fub titulo Martyris quotannis eo die celebratur ab Ecclefia: aliaque confimilia exempla collecta fuerunt a Guyet de Feftis propriis Sanctorum Lib. II. Cap. 7. Quæft.* 10. *ex quibus omnibus infertur, nedum Martyres habendos effe, qui a tormentis miraculofe liberati funt, fed etiam eos, qui ex ærumnis ufque ad obitum continuatis, in carcere, vel exilio mortui funt . . . . . Iterum dicimus in primæva Ecclefia Martyris nomen etiam eis fuiffe attributum, qui tormentis fuperftites fuerunt.* Hæc autem quum Catholica ita procul dubio fe habuerint in Ecclefia, cur tute adeo pronunciare aufus Doduvellus, edicta non fanguinaria, Urbicorumque perfequutiones Magiftratuum, multos quidem facere potuiffe Confeffores, nullos autem Martyres?

XXII. Quod autem mirum maxime, & de quo plurimum obftupefacias, illud eft; Doduvellum ipfum, Cyprianicis aliis in Dif-

ſertationibus, eos, quos, de paucitate agens Martyrum, Confeſſores vocat, haud veritum fuiſſe appellare, & cognoſcere Martyres. Martyrum nempe nomine millies Chriſtianos illos in carcere olim conſtitutos donat, quorum cauſſa tot Tragœdiæ Africana in Eccleſia ortæ, occaſione pacis, & communionis, inconſultis Præſulibus, Lapſis conceſſæ. (1) De Martyribus autem agens coronatis, & trianfactis, *Notanda*, inquit, (2) *diligenter Cypriani verba, ex quibus conſtat nomen Martyrum pro illius ſeculi uſu etiamnum ſuperſtitibus conceſſum*. Alio ipſemet in loco Florentinum Pupianum vocat *Confeſſorem, & pro illius ſeculi ſtylo Martyrem.* (3) Hæc vero, ejus etiam ex teſtimonio quum fuerit vocis Martyris pro illius ſeculi uſu ac ſtylo receptiſſima notio, quo argumenta, quo conjectationes, quo habendæ erunt in pretio Doduvellianæ adverſus Martyrum copiam animadverſiones? Profecto negari non poterit, eum vocari poſſe Callipedem, quem curſitare, & ne cubiti quidem menſuram progredi, proverbio græco notatum eſt. Si enim vel citra mortem paſſi Catholica appellabantur in Eccleſia Martyres, haud recte ſane infert Doduvellus, ex incruenta modo Domitiani perſequutione, ſuſ-

(1) Diſſert. Cyprian. VII.
(2) Adnot. ad Epiſt. Cypriani: XXI.
(3) Diſſert. Cyprianic. VII. §. 13.

ſuſpecta effici deinde Recentiorum monumenta omnia, quæcumque Martyres Domitiano tribuendos eſſe cenſuerint. Si Martyres dicti etiam fuere ſuperſtites, inauſpicatis igitur infert avibus Doduvellus, haud eſſe quod Martyres aliquos fuiſſe colligamus, ubi juſſa Principum ac Provincialium Præſidum, quibus tantum jus gladii pro moribus Romanorum erat, ſanguinaria non aderant.; male nos concludere, quoties fuere perſequutiones, toties fuiſſe numerum Martyrum auctum: quoties Chriſtianorum patientia carceribus, cruciatibus, mutilationibus, proſcriptionibus fuit exercita, toties numeroſiorem factum Martyrum cenſum, toties frequentiora fuiſſe Martyria.

XXIII. Jam vero operæ pretium eſt aperire, quibus de cauſſis Patres, ceterique primorum Chriſtiani temporum permoti fuere ad appellandos citra mortem etiam paſſos, ſimpliciter Martyres. Theologicam rationem adfert S. Cyprianus, quem Eccleſiaſtici Scriptores omnes ſequuti ſunt. Ille ſiquidem hujuſmodi beatos Pugiles martyrii honore dignos eſſe contendit, quod ſe tormentis & morti Dei ſub oculis obtuliſſent; quod non ipſi morti, non ipſi tormentis, ſed hæc potius eorum corpori, eorum defuerit tormentis. *Quod in illis eſt*, inquit S. Carthaginienſis Epiſcopus, (1) *toleraverunt*

 quid-

(1) Epiſt. edit. Rigalt. XXXVII.

quidquid tolerare parati & prompti fuerunt. Qui se tormentis & morti sub oculis Dei obtulit, passus est quicquid pati voluit. Non enim ipse tormentis, sed tormenta ipsi defuerunt .... Toleraverunt, & ad finem usque incorrupta & immaculata virtutum suarum merita pertulerunt; (semper de iis, qui Christi ob Fidem in carcere constituti; naturali inde morte subripiebantur, loquitur Cyprianus.) *Usque ad mortem fideles, & stabiles, & inexpugnabiles perseveraverunt. Cum voluntati & confessioni nostræ in carcere, & in vinculis, accedit & moriendi terminus, consumata Martyrii gloria est.* Hanc adfert rationem aliquando S. Paulinus Nolanus, cur scilicet S. Felicem, qui demum in pace quievit, vocaverit Martyrem: (1)

Vocante Christo liquit exultans humum,
Et in supernas transitum fecit domos,
Non defraudatus a corona Martyris,
Quia passionis mente votum gesserat.
Nam sæpe agonem miles intravit potens
Victorque semper hoste Confessor rediit;
Sed præparata mente contentus Deus
Servavit illum, non coronam Martyris
Negans, sed addens & coronam Antistitis,
Ut incruento palmam adeptus prælio,
Et præliati possideret præmium
Confessoris purpurante laurea,

Hacce

(1) Natal. XIII. S. Felic.

Hacce autem de caussa Martyres S. Hieronymus eos dixit, qui vel ἀναλγησία mediis fuerunt in cruciatibus donati, vel ab intentata nece divinitus erepti (1).

XXIV. Aliam adfert rationem diligentissimus Alegambe, qui in Præfatione ad mortes illustres eorum de Societate Jesu, qui in odium fidei, pietatis, aut cujuscumque virtutis, occasione Missionum, ab Ethnicis necati, aut ærumnis confecti sunt, totus est in adsertione nostra confirmanda; enumeratisque Martyribus sine sanguine, Catholica in præsens ab Ecclesia, ceu veris Martyribus, Romano in Martyrologio celebratis, ad eam pertinentes Martyrum classem suos recenset, eos videlicet non paucos e Societate Jesu Martyres, qui latebras in Japonia, & Æthiopia, diu in silvis, in solitudinibus, in montibus, in subterraneis captarunt, quo diutius suis gregibus consulerent, qui partim deprehensi postea, & supplicio sublati, partim ærumnis absumpti sunt; qui veneno macerati, qui malefico carmine corrupta valetudine, aut demum in carceribus occubuere: eos, inquam, veros appellandos esse Martyres hacce egregia doctrina optime contendit: *Quia quamvis afflictio ipsa mortem non inferat, cum tamen ea removeri Christo abdicato possit, is qui constanter in ea persistit, ne Christo renun-*

 tiet,

(1) Lib. III. Comment. in Matth. Cap. XX.

tiet, testificationem suam morte perficit, atque consummat. Itaque si veneno hausto vita medicamentis diu trahatur ipsa quidem, sed tandem veneni vi exstinguatur; si fame, vigilia, vulneribus; si carcere, si exilio, sive imperato, sive etiam sponte suscepto, si quoquo demum alio modo mors quantumvis producta, postremo tamen sequatur, constat indubitata martyrii gloria.

XXV. Hisce autem præconceptis semel ac pro certo habitis principiis, commode statim explicantur catervæ illæ Martyrum simul Ecclesiasticis in Tabulis descriptorum. Dum namque in immensa damnandorum Christianorum copia nonnulli veluti decimandi sortiebantur, aut sortem accipiebant iniquiorem a Tyrannis, ut morerentur; ceteri, veluti indulgentia gaudentes, raperentur iterum ad carceres, vel ad metalla, aut ad exsilia damnarentur; quum omnes, etiamsi non destinarentur ad mortem, quod in illis tamen erat, mori prompti, ac parati essent, nec ipsi deessent morti, sed mors potius ipsis defuisset; & quamvis indulgentia gauderent, mortem tamen, & fortis periculum, quod removere a se, Christo abdicato, potuissent, reipsa non removerent; inde factum, ut universi jure ac merito appellarentur ab Ecclesia Martyres, ea videlicet ratione, qua vere Commilitones dicimus, non eos modo, qui strenue pugnando

ἐν στόματι μαχαίρας in prælio ceciderunt, verum eos etiam, qui certaminis periculo objecti, neque territi tamen, aut turpi umquam dilapsi fuga, ceteris superstites fuere atque victoriæ. Sic reapse sexdecim mille Martyres in metrico Anonymi Habessini Menologio die prima Junii simul celebratos, ob illatum, inquam, pene omnibus exsilium, interpretantur & evincunt Bollandiani (1). Fatetur ipse quoque ex Eusebio Doduvellus, Firmilianum, octavo anno, consulto Imperatore, acceptisque Rescriptis, quatuor ex omni numero selectos vivicomburio consumasse, XXXIX. destinasse Maximino, quos ille uno eodemque die capite truncavit, reliquos alia per metalla dispersisse. Horum sine sanguine Martyrum commemoratio fortasse non fuit ab eorum, qui sortem acceperant nequiorem, & coronati fuerant, commemoratione distincta, quod eodem die fuissent omnes ad diversa licet supplicia destinati; unde illud ob Martyrium, non Martyres XXXIX., sed centeni, pluresque fuerunt fortasse Diptychorum memoriæ, & Martyrologiis consignati.

XXVI. Sed & alia abunde suppetunt argumenta, quibus gloriosum Martyris nomen, citra etiam mortem passis, persequutionum tempore, Catholicæ Plebes aptarent. Haud inficiatur vel Oxoniensis Professor, infinitos

finitos

(1) Tom. I. Act. SS. Junii.

finitos prope Christianos, fuisse tunc temporis in exsilium actos, passosque durissimas proscriptiones. Noverant autem illi quam subdole adversus se actum ab Persequutoribus esset, quotque specie in exsilium acti, revera forent tamen vel clam occisi, vel maris occulte periculo demersi, vel veneno, aut aliis tacitis artibus sublati. Acta hoc aperte confirmant Sanctorum Joannis & Pauli: *Terentianus veritus, ne si publice interficerentur, Populus commoveretur, domi, ubi tunc erant, abscissis eorum capitibus, sexto Kalendas, secreto eos sepeliendos curavit: rumoremque sparsit, Joannem & Paulum in exilium ejectos esse*. Itaque qui hodie hominum in frequentia versabantur Christiani, repente ex omnium sublati conspectu, ecquid de ipsis factum esset, incertum relinquebant. Non erat etiam cur simulatæ Principum indulgentiæ fiderent; quantus lateret in herba anguis probe & quotidie experti; Proprium enim semper fuit Tyrannorum media in sævitia simulare lenitatem. Domitianus, Svetonio si fides, (1) *quo contemptius abuteretur patientia hominum, numquam tristiorem sententiam sine præfatione clementiæ pronunciavit, ut non aliud jam certius atrocis exitus signum, quam Principis lenitas*. De simulata erga Christianos Maxi-

(1) In Vit. Domit.

ximini indulgentia fuse egit Eusebius (1). Itaque quum

Res sit solliciti plena timoris amor,

atque ea, quæ clam contingebant, in deterius interpretari Christianos fere semper cogerent infaustæ illorum temporum vices, & non infrequens sinister eventus, aliquando

Amissos longo Socios sermone requirunt:
Spemque metumque inter dubii, seu vivere credant,
Sive extrema pati, nec jam exaudire vocatos;

aliquando etiam, statim ac quis ex eorum numero deperdebatur, fuisse credebatur, vel clam occisus, vel maris periculo demersus, vel veneno in carcere sublatus; unde gloriosam martyrii palmam consequutus, non jam Confessor appellaretur, ast Martyr.

XXVII. Sed & eorum, quorum citra mortem passiones oculis cernebantur, ea sane erat conditio, ut Martyrum nomen quam maxime mereri viderentur.

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centũ,
Ferrea vox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnarum percurrere nomina possem,
qui-

(1) Lib. Histor. Eccles. IX. Cap. 1.

quibus citra etiam mortem vexati a Tyrannis fuere Christiani. Alios siquidem suorum videre cogebantur nostri, pedibus, manibusve, aut auribus amputatis in longum furentis Ethnicæ Plebis ludibrium reservatos: alios ex tenebris, & carceribus erumpentes, ergastuli detrimenta potius quam homines, horribiles cicatrices, detrita tegmina, nudum corpus, aut semesa membra ostentantes; (1) alios ignaros hominumque, locorumque, patrium solum, & linguam, Conjuges, & chara pignora, quicquid etiam homines vel vita æstimant, vel morte redimunt, commercium denique a Barbaris quoque expetitum, duro exsilio deserere coactos, eaque properare ad loca, in quibus

Liquebant dulces animas, aut ægra trahebant Corpora.

Quot Virgines Christianæ erant, quibus

Non color unus
Non comptæ mansere comæ?

Quot, quæ præoccupavere fuga, ne libidinosas in manus, & contumeliam Ethnicorum caderent,

mortemque cruento
Victori rapuere suam?

Quot

(1) Gallon. De Cruciatib. SS. Martyr.

Quot duris adeo flagris verberati, horrendis adeo mancipati vinculis, & tam immani fame cruciati, ut plures commoverent lachrymas, quam ipsi profudissent ?

Crudelis ubique
Luctus, ubique clamor, & plurima mortis
imago.

Ut enim præstantes omnino fuissent pœnarum artifices in occidendis Christianis Tyranni, certum tamen est, numquam fuisse eos crudeliores, nec ingeniosè sævisse magis, quam dum ea invenirent tormentorum genera, quibus maxime cruciati non morerentur tamen beati Pugiles Christi, unde merito dici possent, etiamsi sine sanguine, aut sine toto sanguine, Martyres. *Tormenta venerunt*, inquiebat Cyprianus (1), *& tormenta sine fine tortoris, sine exitu damnationis; tormenta, quæ ad coronam non facile dimittant, sed tandiu torqueant, quandiu dejiciant: nisi si aliquis divina dignatione subtractus, inter ipsa cruciamenta profecerit, adeptus gloriam non termino supplicii, sed velocitate moriendi*. Iisdem flebilibus querelis miserandas Christianorum, qui citra mortem cruciabantur, vices describit apte Lactantius: *Illud*, inquit, (2) *pessimum genus*

(1) Epist. VIII.
(2) Lib. Divin. Instit. V. Cap. XI.

genus est, cui clementiæ species falsa blanditur; ille gravior, ille sævior est Carnifex, qui neminem statuit occidere. Itaque dici non potest, hujusmodi Judices, quanta, & quam gravia tormentorum genera excogitaverint, ut ad effectum propositi sui pervenirent. Hæc autem non tantum ideo faciunt, ut gloriari possint nullum se innocentium peremisse (nam & ipse audivi aliquos gloriantes, quia administratio sua in hac parte fuerit incruenta) sed & invidiæ caussa; ne aut ipsi vincantur, aut illi virtutis suæ gloriam consequantur. Itaque in excogitandis pœnarum generibus, nihil aliud quam victoriam excogitant: sciunt enim certamen esse illud, & pugnam. Vidi ego in Bithynia Præsidem gaudio mirabiliter elatum, tamquam Barbarorum gentem aliquam subegisset, quod unus, qui per biennium magna virtute restiterat, postremo cadere visus est. Contendunt igitur ut vincant, & exquisitos dolores corporibus immittunt, & nihil aliud evitant, quam ut ne torti moriantur. Quasi vero mors tantummodo Beatos faciat; ac non etiam tormenta, quanto fuerint graviora, tanto majorem virtutis gloriam pariant. Illi autem pertinaci stultitia jubent, curam tortis diligenter adhiberi, ut ad alios cruciatus membra renoventur, & reparetur novus sanguis ad pœnam. Itaque sic ad Laurentium Præfectus, ex admirabili

vena

vena Prudentii : (1)

Dicis libenter oppetam
Votiva mors est Martyri ;
Est ista vobis , novimus ,
Persuasionis novitas .
Sed non volenti impertiam ,
Præstetur ut mortis citæ
Compendiosus exitus ,
Perire raptim non dabo .
Vitam tenebo , & differam
Pœnis morarum jugibus ,
Et mors inextricabilis
Longos dolores protrahet .

Noverunt nempe veri Tyranni , veri pœnarum artifices , quid sit efficere , ut miseri , sine morte etiam , sentiant se mori ; unde etiam Vates :

Mitius ille perit subita qui mergitur unda;
Quam sua qui liquidis brachia lassat aquis.

Tiberius Nurui Agrippinæ , mori inedia destinanti , per vim ore diducto cibum infulciri jussit , eodemque jubente , *mori volentibus vis adhibita vivendi ; nam mortem adeo leve supplicium putabat , ut cum audisset unum ex eis Carnulium nomine anticipasse eam , exclamaverit , Carnulius me evasit .*
Et

(1) Hymn. de S. Laurent.

Et in recognoscendis custodiis precanti cuidam pœnæ maturitatem respondit, nondum tecum in gratiam redii. (1) Adeo verum est, mortem aliquando esse miseris solatium, & finem optabilem malorum. Quid igitur mirum, si eos omnes Christianos, quos dura adeo detinebant vivendi conditio, etiamsi laureati demum non essent, dixerit tamen vetus Ecclesia saltem Elogio Martyres? Maximus Taurinensis Episcopus postquam de Sancto Eusebio Vercellensi scripsisset: *Sed jam videamus, quos pro Fide Confessor egregius agones egerit, laboresque pertulerit. Fertur namque ita pœnali quadam habitatione conclusus, ut homine brevior esset domus, & carcerato carcer angustior, quatenus tali illo in ergastulo stanti jacentique esset ferale supplicium, ut quidquid cruciatuum sancto de corpore exigere possit Tortor immitis, hoc tristissimæ mansionis illius operarentur angustiæ. Inedia super hæc adfligebatur, & siti;* Hæc inquam quum scripsisset, aptissime subdit: *Quid ergo de Martyrio huic defuit, qui tot martyrii certamina desudavit?* (2)

XXVIII. Et sane, quam luctuosæ ac miseræ eorum essent tunc temporis, qui citra mortem cruciabantur, Christianorum vices nosse datum esset, si de sua potuissent li-

(1) Sveton. Vit. Tiber.
(2) Serm. de S. Euseb. int. Anecdot. Murator. Latin. Tom. IV.

libere conqueri forte, ac de fævitia agere Perfequutorum. Verum nec ipfis hoc datum erat miferis Gentilibus, quod fueti forent illorum Principes temporum, vel inter infelicium cruciatus atque neces, clementiæ auram aucupare & nomen, fuorumque obtendere fœlicitatem feculorum. Hujus rei apertiffimum præfto eft ex Latino Pacato teftimonium, qui notiffimo Theodofii Augufti in Panegyrico, ejus loquens de Anteceffore, fic ait: *Quid ego referam vacuatas fuis municipibus Civitates? impletas fugitivis nobilibus folitudines? Quid perfunctorum honoribus fummis Virorum bona publicata? Vidimus redactas in numerum dignitates, & exutos trabeis Confulares, & Senes fortunarum fuperftites, & infantum fub ipfo fectore ludentium flendam fecuritatem: quum interim miferi vetabamur agere miferos, imo omnes cogebamur mentiri beatos, & quum domi, atque fecreto folis Conjugibus ac Liberis credidiffemus furtivum dolorem, procedebamus in publicum non noftræ fortunæ vultu. Serenos ergo nubilis mentibus vultus induebamus: & ad illorum vicem, qui deguftato Sardorum graminum fucco, feruntur in morte ridere, imitabamur læta merentes.* Similis profecto, imo durior erat Chriftianorum conditio; Gentiles quippe, Æmulo fub Succeffore, poterant Decefforis de fævitia queri; aft prioribus illis feculis, in

Principatu commutando, nonnisi Principis nomen mutatum nostri sentiebant, Hostique Christiani nominis inclementiorem succedere Hostem. Itaque si tacere, si angustias occultare cogebantur Gentiles, quo lamentari pacto potuissent invisi Christiani, quum eorum nemo

Sperare salutem
Ausus, & afflictis melius confidere rebus?

Si datum illis fuisset, liberas transire in terras, & incruentis dicere de Persequutionibus, quas sustinebant, novisset profecto Doduvellus, quantum & quale, sine etiam mortibus, reapse fuerit in ipsis Martyrium; hoc illum imo docere potuissent Protestantium super incruentis malis querelæ. *Croyez Vous* (ajebat Bælius in Libro cui Titulum fecit : Ce que c'est la France toute Catholique sous le Regne de Louis XIV.) *que mourir sur un echaffaut pour sa Religion, qui est une chose d'eclat, soit plus penible, & plus difficile a s'y resoudre, qu' a se voir manger par des Soldats, qui Vous font mille indignitez, qui vous cornent aux oreilles, qui vous empechent de dormir, ou du moins qui vous ruïnent, & qui vous mettent en etat que Vous ne voïez aucune fin a vos maux, ni par la fuite, ni par la mort? Vous fermez tous les Ports, & toutes les issües du Roïaume; vous condamnez aux Galeres ceux qui*

qui se voudront sauver ; vous empechez d'avoir de quoi viure ceux qui ne changent pas de Religion ; on ne voit aucune fin a la misere ; vous enviez aux miserables le dernier asile qui le tireroit de peine , c'est a savoir la mort , & après cela vous pouriez-vous glorifier de ce qu' on nepend personne ? C'est un nouveau genre de cruautè plus insupportable que celui de vos Peres ; car encore sous leur direction avoit on le plaisir de ne souffrir pas long tems , & de mourir pour sa cause ; mais de la maniere que Vous vous y prenez , offrant a un homme de la Religion une longue suite de miseres sans autre ressource que la patience , qui s'epuise aisement, lors qu' on ne sait pas jusqu' ou on en aura besoin , Vous otez toute consolation , & Vous reduisez une ame au plus triste etat ou' elle puisse etre . De sorte qu' il est plus difficile de Vous resister , que de resister aux Empereurs Païens , & ainsi quoique vos persecutions n'aient pas l'idèe d'une aussi grande severitè , il est sur qu' a tout prendre , elles ne sont pas moins dures , ou plutot qu' elles le sont davantage . Ne disoit-on pas que Vous donnez dans la maxime de cet Empereur qui envioit aux patiens la fin de leurs peines , & qui vouloit qu' ils se sentissent mourir , ita fieri , ut se mori sentiat ? *Je suis sur qu'il y avoit quantitè d'honnets gens parmi nous , qui ont signè , qui seroient allez*

gaiment au supplice, mains quand ils ont considerè que leur constance les exposeroit a voir gaspiller leurs biens, ce qui est un dechirement d'entrailles, si grand pour bien des gens,

(Viscera nostra tuæ dilaniantur opes,

disoit la Femme d'Ulisse a son Marì) qu'ils aimeroient mieux se separer de leurs richesses, que de voir leurs richesses se separer d'eux; quand ils ont vù que leur constance les feroit vivre long tems dans la misere, separez de leurs Femmes, & de leurs Enfans, qu' on auroit distribuez dans les Cloitres; en un mot quand ils ont vù qu' on se jöueroit d'eux en une infinitè de manieres, sans leur donner la consolation de prescrire un terme a leurs vexations, sans ecouter ses plaintes,

Jam satis est, Cæsar, finem pro munere posco,
Quem das finem, Rex Magne, laborum.

Ils ont succombè dès le premier choc. Je Vous accablerois de passages, si je voulois vous prouver par autoritez, que c'est un genre d'inhumanitè le plus cruel de tous, que de n' en vouloir pas a la vie, n' en voici qu' un:

Nil animæ lethale datum, moremque nefandæ
Dirum sævitiæ pereuntis parcere morti.

Il

Il ſemble que ce ne ſoit rien que des Soldats ſe relayent pour chatouiller, pour faire danter, pour berner, pour ſe joüer d'un hôte en pluſieurs manieres, parce qu' après tout, dit-on, ce n'eſt pas le batre, ni le tuer; mais, eſt-ce peu de choſe que de lui oter le ſommeil, la choſe du monde, ſans la quelle il nous eſt autant impoſſible de ſubſiſter, & que ceux qui ſont travaillez d'inſomnie acheteroint a poids d'or. Il y a des Auteurs qui diſent, que les Carthaginois, pour tormenter cruellement Regulus, ne ſe ſervirent point d'autres artifices, que de le faire veiller par force. Hoc autem teſtimonium, non ad ineundam retuli odio aliquam refertam comparationem, aſt ut ex Proteſtantis Emphaſi, veluti ad hominem argumentari adverſus Doduvellum valerem. Si enim tanta fuiſſet in Proteſtantibus neceſſaria virtus atque conſtantia, in ſuſtinendis vexationibus Militum, quanto major fuiſſe debuit illa veteris temporis Chriſtianorum, qui non exſilia modo, & bonorum direptionem, ſed triſtiora & acerbiora pro Chriſti fide patiebantur mala atque tormenta, carceres videlicet, mutilationes, debilitationeſque membrorum, ceteros demum pejores morte cruciatus? Si incruenta Proteſtantium perſequutio, crudelius ipſis viſa eſt, & triſtius & diuturnius ipſa morte ſupplicium, cur non etiam potuerint primorum Chriſtiani ſeculorum, quæ no-

nostri sustinebant citra mortem acerbissima mala, verum credere, & appellare Martyrium? Imo Bælianum ideo in medium protuli testimonium, ut hominis errorem, quod ad veteres Martyres spectat, redarguere possem. Hisce enim prosequitur verbis: *Assurement on etoit moins malheureux sous les Empereurs Païens, a le bien considerer, puis qu' ils sauvoient un homme de la captivitè de la conscience en lui offrant un prompte voie de souffrir pour une bonne fois, tout ce qu' il pouvoit souffrir. Et au fond, on nous en a bien fait accroire sur le Chapitre de dix persecutions; votre Martirologe se pouvroit reduire a un bien petit Volume, si l'on en avoit otè toutes les fables. Lisez lisez l'Ourage composè par M.r Doduvel sous le titre de' Dissertationes Cyprianicæ, & vous verrez, en parcourant avec Lui les dix persecutions de l'Eglise, qu' il n' y a eu que peu de Martirs dans tout cela.* Pro hominem impotenti affectuum caligine cœcum! Viden ut perperam arbitretur, Ethnicos Persequutores celeri tantum morte primos adversus Christianos rem confecisse. Quod tamen mirum omnino, utitur id ad ostendendum, Cyprianica Dissertatione Doduvelli, quam certe legerat, quum Doduvelliani Operis Literariis in Narrationibus synopsim ipse dedisset, & tamen nullum adest fortius adversus id quod adferit, Cyprianica Disser-

ſertatione momentum . Quippe etiamſi Oxonienſis Profeſſor multos inficiatus in ea fuerit , totum olim pro Fide ſanguinem effudiſſe , aſt prope infinitos fatetur tamen , ad metalla fuiſſe , ad carceres , ad exſilia damnatos, paſſoſque mutilationes membrorum, ac corporum debilitationes . Poterat autem exaggerator ille ſuper incruentis Proteſtantium anguſtiis facile animadvertere , infinitos illos, noſtris in Martyrologiis deſcriptos, ſua juxta principia , Confeſſionem edere potuiſſe ipſa morte clariorem , parilem imo interfectis obtinere debuiſſe ſacris in Faſtis memoriam , glorioſum Martyris nomen jure ac merito indeptos ; unde dicterium de fabulis in Martyrologio contentis prudentius prætermitteret . Sed prudentiam inter virtutes Bælii quis umquam enumeravit ? Nos vero iterum ad inſtitutum .

XXIX. Jam vero, ut ex ea rerum facie , ex ea infœlici adeo citra mortem paſſorum conditione , exque laudatis Patrum teſtimoniis plurima ſtatim adparent ; lachrymabilem nempe Chriſtianorum illorum , tot ex cruciatibus atque miſeriis ſtatum (ut ſunt molles in calamitate mortalium animi) maximam excitaſſe in ceteris miſericordiam ſui : periculum fuiſſe , ne qui ſic patiebantur , & iterabantur ad pœnam , tot impares tormentis facti , poſtquam diu reſtitiſſent , vincerentur demum, & caderent : conſilium

 fuiſſe

fuiſſe Tyrannorum, hujuſmodi agendi ratione, efficere, ne Eccleſia, vineæ inſtar potatione ad ubertatem provocatæ, Chriſtiano ſanguine reciſa fœcundior, vires inclinata reſumeret; imo citra mortem paſſos privare fulgenti gloria martyrii; tamquam mors tantummodo beatos Chriſti milites faceret, ac non etiam tormenta, quanto fuerint graviora, tanto majorem virtutis gloriam parerent: ita & illo ex ſtatu, illa ex conditione, alia profluunt noſtram in rem confectaria, Chriſtianas videlicet Plebes, duri adeo ſtatus miſericordia actas, fuiſſe in eorum, qui ita cruciabantur, laudem effuſas, eoſque iccirco glorioſiore quo potuiſſent, appellaſſe nomine Martyres: illorum Patres temporum, Confeſſorum conſtantiam roboraſſe, ne flexi frangerentur etiam, & caderent, glorioſa & optabili ſpe iterati Martyrii; uſque ad tormentorum ſupplicia ſtarent imperterriti, etiamſi demum triumphali morte inſigniri non poſſent, veluti cœlos adhuc tamen eſſent petituri ſanguine laureati, non Confeſſores appellaſſe, ſed Martyres: omnes demum, ut invida Tyrannorum meditata deluderent, citra etiam mortem paſſos appellaſſe communiter Martyres, ut inanibus minis, & irrito agere ſe conatu dignoſcerent Perſequutores, quum ſcilicet viderent, haud minuto incruentis ex perſequutionibus Chriſtianorum numero,

am-

amplificatum adhuc tamen ſemen eorum, videlicet teſtificationis exemplum; Eccleſiamque Catholicam non mortibus ſolum, ſed aliis etiam creſcere, & vireſcere malis; Palmam Martyrii demum & gloriam, non interfectis modo propter Chriſtum, ſed ſuperſtitibus etiam cruciatis ac tortis eſſe conceſſam.

XXX. Erant autem illorum Chriſtiani temporum ita ad Martyrium ſubeundum faciles, ut ſuorum ſecuritati ducerent frenare nimium impetum Patres. Videbantur enim primum noſtros cum Montaniſtis, illud ob ſtudium, confundere Ethnici. Sic enim omnibus de Chriſtianis olim Lucianus: *πεπείκασι γαρ' αὐτοὺς οἱ κακοδαίμονες, τὸ μὲν ὅλον, ἀθάνατοι ἔσεσθαι, καὶ βιώσεσθαι τὸν ἀεὶ χρόνον. παρ' ὃ καὶ καταφρονοῦσι τοῦ θανάτου, καὶ ἑκόντες αὐτοὺς ἐπιδιδόασιν οἱ πολλοί*. (1) *Etenim perſuaſerunt ſibi miſeri illi, ſe omnino immortales fore, & perpetuo victuros. Idcirco mortem contemnunt, & multi ultro ſe occidendos tradunt*. Quin & proclivem illum, ad effundendum pro fide Chriſti ſanguinem, Chriſtianorum animum, impotenti cuidam tribuebant Gentiles inanis gloriæ deſiderio, veluti terribilia, & non conſueta mortis genera noſtri deperirent, ut ſpecialem famam ſui nominis relinquerent, eaque ratione Chriſtianam Philoſophiam Stoica cum Secta per-

(1) De Mort. Peregrin.

perperam confundebant. Stoici nempe, sat exorta Religione Christiana frequentes, quum desiissent timere, quod sperare desiissent, remedium malorum solebant credere mortem. Malum enim esse fatebantur, in angustiis & necessitate vivere, sed in angustiis & necessitate vivere necessitatem nullam esse dicebant: patere undique ad libertatem vias multas, breves, faciles: agendas cælitibus grates, quod nemo in vita teneri possit invitus: calcare ipsam necessitatem licere. (1) *Non vides*, inquiebat ad Lucilium Seneca, (2) *quam ex frivolis causis vita contemnatur? Alius ante Amicæ fores laqueo pependit: alius se præcipitavit e tecto, ne Domiminum stomachantem diutius audiret: alius, ne reduceretur e fuga, ferrum adegit in viscera. Non putas virtutem hoc effecturam, quod effecit nimia formido?* Alio vero in loco, celebratis pluribus qui se occiderunt, *Non revoco Te*, inquit, (3) *ad historias nec ex omnibus seculis contemtores mortis, qui sunt plurimi, colligo: respice ad hæc nostra tempora, de quorum languore & deliciis querimur: omnis ordinis homines succurrent, omnis fortunæ, omnis ætatis, qui mala sua morte præciderunt*. Et rursus: (4) *Nil melius*

(1) Senec. Epist. IX. Lib. 1.
(2) Epist. IV. Lib. 1.
(3) Epist. V. Lib 3.
(4) Epist. I. Lib. 10.

lius æterna lex fecit, quam quod unum introitum nobis ad vitam dedit, exitus multos. Ego exspectem vel morbi crudelitatem, vel hominis, cum possim per media exire tormenta, & adversa discutere? Hoc est unum cur de vita non possumus queri: neminem tenet. Bono loco res humanæ sunt, quod nemo nisi vitio suo miser est. Placet? vive. Non placet? licet eo reverti unde venisti. Heinc Tragici illa in Thebaide:

Ubique mors est: optime hoc cavit Deus:
Eripere vitam nemo non homini potest,
At nemo mortem.

Heinc & illa Venusini Vatis: (1)

Vir bonus & Sapiens audebit dicere, Pentheu
Rector Thebarum, quid me perferre patique
Indignum coges: adimam bona; nempe pecus, rem,
Lectos, Argentum, tollas licet, in manicis &
Compedibus, sævo te sub Custode tenebo.
Ipse Deus, simulatque volam, me solvet; opinor
Hoc sentit; moriar: mors ultima linea rerum.

Illi igitur Philosophi, in angustiis positi, prosilire se dicebant ex ædificio putrido, ac ruente, & nihil fortius esse ducebant, quam, (pati ac cruciari dum nollent,) e vita erumpere,

(1) Epist. XVI. Lib. 1.

pere , ac mori . Similem autem , uti dicebam , animi impotentiam , ob Martyrii studium , imperiti Gentiles Christianis tribuebant ; Ille idem Lucianus , Peregrinum illum, aliquandiu Christianum, qui ad famam aucupandam , constructo in Olympiis rogo, seipsum ultro in ignem conjecit , atque ita exstinxit , a suis novum Socratem nominatum ait Christianis : καινὸς Σωκράτης ὑπ' αὐτῶν ὀνομάζεται . Itaque illum Herostrato comparat. *Audistis puto* , inquit , (1) *ut etiam olim quidam cum celebris fieri vellet, nec alio modo voti compos fieri posset , Ephesiæ Dianæ Templum incendit . Tale quid excogitavit Peregrinus , adeo inexplebili amore gloriæ tenebatur : quamquam ajebat , se hominum gratia id facere , ut eos mortem contemnere , & res adversas fortiter ferre doceret . . . . . & communem mortis modum non fore perinde gloriosum* . ἀκούετε δ' οἶμαι, ὡς καὶ πάλαι θέλων τις ἔνδοξος γενέσθαι , ἐπεὶ κατ' ἄλλον τρόπον οὐκ εἶχεν ἐπιτυχεῖν τούτου , ἐνέπρησε τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος τὸν νεών . τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸς ἐπινοεῖ . τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ . καίτοι φησὶν ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων αὐτὸ δρᾷ , ὡς διδάξειεν αὐτοὺς θανάτου καταφρονεῖν , καὶ ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς . . . . . , ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἔνδοξος ὁ τρόπος γένοιτ' ἄν , πᾶσι κοινὸς ὤν . Ast opposita nimium Stoicæ erat doctrinæ Christianorum Philosophia , qui sperantes post tenebras lucem , &

(1) De Mort. Peregrin.

& exacta tempeſtate ſerenum , lætari debebant pro diebus , quibus eos humiliabat Deus ; ipſis namque datum non modo erat, in Chriſtum ut crederent, ſed & ut pro nomine ejus paterentur ; ut videlicet probatio fidei eorum , auro per ignem probato pretioſior inveniretur ; ſemper mortificationem Jeſu in corporibus circumferentes, ut & vita Jeſu manifeſtaretur in ipſis ; ſcientibus, momentaneum & leve tribulationis , æternæ gloriæ pondus operari , nec eſſe condignas paſſiones illius temporis futuram ad gloriam, quæ revelaretur in ipſis . Quid enim erant tormenta, & anguſtiæ, niſi lapis δοκιμῆς probationis ? Quid fortius ipſa neceſſitate fortiter tolerata . Nil certe tot actis cruciatibus illis Chriſtianis deſiderandum magis fuiſſet , quam mori ; quid namque miſerius , quam precariam animam inter infenſos trahere ? Quæ crudelior ſententia ea , quæ eſt, parcere dum videtur , aſperior ? Imo, quod jam vinci , & ſuperari non poſſent, terque quaterque beatos illos fortaſſe dixere Chriſtianos, quibus ob Chriſtum contigerat opetere . Verum erat virus in infirmitate perficienda , nec inferior eſſe poterat Chriſtianorum doctrina doctrinæ illorum Sapientum, etiam Ethnicorum , quorum ſententia , hac erat Viro probo in ſtatione manendum, &

Quæcumque foret fortuna , ferenda .

Quum

Quum enim P. Cornelius Scipio, nocte illa, qua Carthaginem vidit de excelso & pleno stellarum illustri & claro quodam loco, Africanum audivisset adserentem, certum esse in cœlo ac definitum locum, ubi Beati ævo fruerentur sempiterno, vivereque eos, qui e corporum vinculis, tamquam e carcere evolaverunt, nostram vero, quæ dicitur vita, mortem esse: quin & ad se venientem Paulum Patrem adspiceret: *Quæso*, inquiebat, (1) *Pater Sanctissime, atque Optime, quoniam hæc est vita (ut Africanum audio dicere) quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Non est ita* (respondit Paulus) *nisi enim Deus is, cujus hoc templum est, omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati, qui tuerentur illum globum, quem in hoc templo medium vides, quæ terra dicitur; hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus, quos sydera & stellas vocatis: quæ rotundæ & globosæ divinis animatæ mentibus circulos suos, orbesque conficiunt celeritate mirabili. Quare & Tibi, Publi, & piis omnibus, retinendus est animus in custodia corporis: nec injussu ejus, a quo ille est nobis datus, ex hominum vita migrandum est: ne munus humanum assignatum a Deo defugisse videamini*. Heinc Vates Stygiam inter

(1) Cic. In Somn. Scipion.

inter paludem & lugentes campos tertium locum iis adsignat, qui non scelere adacti, sed miseriis pressi, mortem sibi voluntariam consciverunt: (1)

Proxima deinde tenent mœsti loca, qui sibi lethum
Insontes peperere manu, lucemque perosi
Projecere animas; quam vellent æthere in alto
Nunc & pauperiem, & duros perferre labores!
Fata obstant, tristisque palus innabilis unda
Alligat, & novies Styx interfusa coërcet.

Ut igitur suas Christiani constanter sustinerent angustias, ut fortes forent in bello, nec stoice desperarent, ut noscerent Ethnici, quam diversa esset Christianorum fortitudo, ab impotenti impetu Stoicorum, ut Montanistarum spiritu numquam nostri agerentur; quum illi numquam præcipites in funera ruissent,

Ni poposcissent honores
Martyribus solitos referri;

heinc gloriosum Martyris nomen illis etiam prudenter tribuerunt Catholicæ Patres Ecclesiæ, qui solum carcerem, solam miseræ vitæ sustinentes constantissime sortem, mortis exitum ab eo expectabant, cui soli rerum

(1) Lib. Æneid. VI.

rum tempora competit definire . Noscebant tunc quippe beati Pugiles Christi se numquam ingratis hac etiam in vita irrisos obtulisse periclis , sed Martyrii titulo donatas ab Ecclesia incruentas quoque pro Fide passiones , ut eo etiam ex munere sustinerent fortius tentationem, quoadusque probati fuissent , & acciperent inde coronam , quam repromiserat Dominus certantibus usque ad mortem , & mala patientibus propter se . Opus imo erat ut citra etiam mortem passos, Christiani appellarent procul dubio Martyres , ne captivitatem , verbera , catenas , egestatem , membrorum per injuriam lacerationes , & cetera mala lymphaticos inter metus, Stoicam juxta sapientiam , (1) a nostris enumerari , perperam autumarent Gentiles , & quum ad Christianos pervenere , evasisse mansueta .

XXXI. Sed & aliis de caussis , sæva illa Persequutionum ætate , diu noctuque , Christianorum ad aures Martyrum & Martyrii nomina undique resonabant . Jam enim Lapsi , pacem in Ecclesia a Martyribus , ut ajebant , ab Christianis videlicet, Christi ob fidem in carcere constitutis, sibi concessam, acriter adversus Episcopos tueri pergebant , *non Presbyterorum* , *Plebisque nomine* , *sed vero*, ut ait Doduvellus, (2) *ipsorum Martyrum* .

(1) Senec. Epist. III. Lib. 12.
(2) Differt. VII. Cyprianic.

tyrum . Arbitratur equidem Oxonienfis ifte Profeffor, *nonnifi Confummatorum fuiffe*, & *Coronatorum pacem Lapfis concedere* . (1) Sed hoc quam falfum , quam alienum a veritate fit , ex Epiftolis patet Cypriani , & Ecclefiæ Romanæ , exque receptiffima illorum temporum Hiftoria. (2) Temperantiores , fateor , Martyres , apte uti adnotat Theophilus Raynaudus , (3) Literas fuas fructuofas effe Lapfis noluiffent ante confummatum Martyrium . Verum non omnes ea gaudebant optabili modeftia, non ea utebantur omnes prudenti ac temperata agendi ratione . Cur enim tot , ea fuiffent de cauffa , turbines , tot Africana in Ecclefia excitæ Tragœdiæ , unde Martyrum nomen atque poteftas , varia quidem fortuna, per ora tamen Virûm volitaret , & omnia fufdeque mifere viderentur ? Jactabant enim fe Lapfi pacem a Martyribus accepiffe , jamque datam repræfentari fibi fuis a Præpofitis cogebant , nec pacem dandam fibi poftulabant , fed quafi jam datam vindicabant fibi , neque tam petebant , quam vindicabant ; imo etiam & in Cœlis habere fe dicebant, Martyrum communionem arbitrati prorfus indubiam effe cum Chrifto; communionem fiquidem cum Martyribus, gradum effe ad communionem

(1) Adnot. ad Epift. Cypr. XX. poft Differt. V.
(2) Eufeb. Lib. Hiftor. Ecclef. VI. Cap. 42.
(3) De Martyr. per Peft. Part. IV. Cap. 6.

munionem cum Christo. Inde vero tot apud ejusmodi Lapsos jactata quotidie de praerogativa Martyrum, de Indulgentiae privilegio, de Privilegio Societatis, & communionis, quae, uti Doduvellus ipse edocuit, (1) Martyribus convenire indubie contendebant. Homines igitur hujusmodi illustriore certe, quo potuissent, eos appellasse fas est concipiamus nomine, a quibus pacem illam, & communionem in controversia positam impetraverant, videlicet non Confessores vocasse, sed Martyres. Sic enim se habet ratio, res ut nonnullae magnos hiatus oris requirant, ut valeant sustineri. Et talem quidem communionem Episcopis aemulam oppugnabat Cyprianus, oppugnabat Romanae Clerus Ecclesiae, qui pacem illam *abruptè*, (2) *& per calorem gloriae*, (3) facile nimis concessam contendebant; estoque fuerint Martyribus sua privilegia, esse tamen, juxta leges etiam Romanorum, quarum ad normam illae videbantur praerogativae stabilitae, caussas, in quibus haud essent illae praerogativae admittendae, inque earum numero majestatis illam esse praecipuam, quam & locum habere Lapsorum in facinore demonstrabant (4). Ast tamen neque Cyprianus, neque Romanae Cle-

(1) Differt. VIII. Cyprianic.
(2) Epist. V. Cyprian. Edit. Fell.
(3) Epist. XVI. Cyprian Edit. Fell.
(4) Epist. inter Cyprian. XXIX. XXX. Edit. Pamel.

Clerus Ecclesiæ gloriam & privilegia eorum, qui pacem illam nimis celerem concedebant, adeo minuere conabantur, Catholica ut receptum in Ecclesia Martyrum nomen citra mortem passis, aut constitutis in carcere pacem concedentibus denegarent. Audi Cyprianum de Presbyteris ac Diaconibus loquentem, qui pacem Lapsis, ob postulationem Martyrum, inconsulto se, dederant: *Exponunt deinde*, inquit, (1) *invidiæ beatos Martyres, & gloriosos Servos Dei cum Dei Sacerdote committunt*. Quomodo Presbyteri beatos Martyres potuissent cum Dei Sacerdote, videlicet cum Episcopo committere, nisi adhuc in vita degissent? Neque diversa loquuntur formula Presbyteri ac Diaconi Romani in Epistola, hac super re, ad Cyprianum data: *Ne Martyrii*, ajunt, (2) *honorem merito perderent, si in occasione Martyrii Prævaricatores Evangelii esse voluissent*. Etsi igitur super eorum privilegiis, qui carcerem, exsilia, aut servilia, citra tamen mortem, pro Christo sustinebant mala, a Lapsis Episcopi diffiderent, cum Lapsis tamen in elargiendo citra mortem passis Martyrum nomine omnino Episcopi conspirabant.

XXXII. Fortius hac nobis in re suggerit argumentum decantatio illa nimia Mar-

(1) Epist. Cyprian. X. Edit. Pamel.
(2) Epist. inter Cyprian. XXX. Edit. Fell.

tyrum suorum, quam faciebant primorum temporum Hetherodoxi. Jam Marcionitæ, & Cataphrygæ, scilicet Montanistæ, suam ut Sectam quam maxime extenderent, & propugnarent, suos gestiebant quotidie celebrare Martyres; quum sani nil haberent, quod Catholicis responderent; suos soliti erant statim confugere ad Martyres; adfirmare etiam, complures habere se Martyres, certum veluti virtutis, atque potentiæ, quæ prophetico illorum esset in Spiritu argumentum. (1) Ita dem & Novatiani, ita & Euphemitæ illi, qui, suorum ob multitudinem Martyrum, Martyrianos appellari se voluerunt. Denique decantati Donatistæ Martyres, decantati Martyres Ariani. Licet autem eorum etiam ex numero, Martyres sine sanguine fuisse certum esse videatur; cum quod Christiani nominis Hetherodoxos, eadem qua Catholicos vexarent, punirentque Ethnici ratione, tum etiam ex laudatis Praxeæ, & Temisonis exemplis; haud latet tamen, eosdem insano adeo gloriæ, quæ sanguinis ex martyrio consequi videbatur, actos fuisse desiderio, ut, deficiente Persequutore, spontanea etiam deligerent aliquando præcipitia, vel mille modis aliunde neces ex industria comparatas oppeterent; unde suspicari sit, haud multos habuisse eos sine sanguine Martyres, vel consumatos solum, &

(1) Euseb. Lib. Hist. Eccles. V. Cap. 15. 17.

&, uti credebant, laureatos, non autem designati decantasse, aut inchoati Martyrii Pseudomartyres. Interim, si res probe perspiciatur, in caussa id esse etiam potuit, cur Catholica in Ecclesia Superstitibus quoque, & naturali fato in carcere morientibus, gloriosum ac dulce Martyris nomen, fuerit ex prudenti agendi ratione concedendum. Etsi enim Catholici Episcopi argumentum illud, ex ea, quam Segreges, & aliquando etiam Schismatici, jactabant, Martyrum successione derivatum, unde suam esse dicerent Catholicam Ecclesiam, suum Baptisma, illudque solum vero ac legitimo pro Baptismate suscipiendum, validiore argumento, ab unitatis principio desumto, strenue ac foeliciter oppugnarent; unde millies eorum in Scriptis, quod sicut Deus unus est, & Christus unus, ita &, una esse deberet Ecclesia, unum Baptisma, Altare unum, Cathedra una, unum Sacerdotium; (1) neque ex Martyribus, aut eorum ex numero, Quæstiones esse temporis dirimendas: esto, inquam, Hetherodoxis Martyria pro Dogmate jactitantibus, hujusmodi recta responderent Episcopi ratione; quid inde tamen? Num optime deductam argumentationem intelligerent Plebes argumentari semper ex specie, argumentari ex impetu natæ? Minime profecto. Itaque Catholicæ Patres Ecclesiæ, sua ut in

 ad-

(1) Cyprian. Epist. LXIX. Edit. Pamel.

adverſarios tela retunderent, Martyres Martyribus opponere cogebantur, atque Catholicam Eccleſiam, non paucioribus, imo melioribus Chariſmatibus adfluentem oſtendere, ne ſpecioſam illam Sectarum martyrii cauſſa, gloriam Plebes æmularentur. Verum Plebis eſt non ponderare, ſed numerare. Innumeris igitur Sanctorum Martyrum trophæis ſuam Catholicæ etiam Plebes nobilitatam partem voluiſſent. Hocce autem quum facile fieri fortaſſe minus potuiſſet, ſive ex recepta de fuga, perſequutionis tempore, doctrina, ſive ex frequente minus Eccleſias inter, perſequutionum tempore, commercio, neceſſum inde fuiſſe autumò, ut in ad ſcalmum alligatos, inque aqua & igni interdictos, aut in carcerem, Chriſti prò fide, actos, in cruciatos modo, atque tortos, in proſcriptionem, ac bonorum direptionem, vel alia, citra etiam mortem, ſervilia mala ac tormenta paſſos, glorioſum Martyris nomen Eccleſia liberaliter effunderet, quo abeſſet adeo Martyrum ut copiam Hetherodoxis Catholicæ Plebes inviderent, ut potius ſuis poſſent innumerabilibus de Martyribus cum veritate gloriari, adeoque ea ratione, qua

Vulnus Achillæo quæ quondam fecerat Hoſti
Vulneris auxilium Pelias Haſta tulit;
Nyſus & Emonia Juvenis qua cuſpide vulnus
Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem;

ita

ita Catholici Episcopi argumentum illud ab Martyrum multitudine derivatum, quod Catholicam adversus Ecolesiam Hetherodoxi quotidie jactitabant, suam trahentes ad partem, sive Catholica pro Ecclesia stare illud ex gloria tot Martyrum, etiam sine sanguine, demonstrantes, adeo contra Adversarios retorquebant, ut verterent procellam in auram, & idoneas in eo invenirent Ecclesiæ pro auctoritate suppetias.

XXXIII. Jam vero tempora trophæorum accedunt, tempora scilicet pacis Ecclesiæ, quibus non jam tristia, sed fama, & gloria, & tutela, & nomina Martyrum uberius undique resonarent. Jam enim Martyrum solum proprius illo erat tempore specialis honor sepulturæ, jam celebratissima erecta eorum in honorem Sepulcra; (1) jam Credentium frequentia ad sacra Martyribus loca, jam pœnalia quæque eorum in honore instrumenta, & frequentatio locorum queis condebantur, jam Natales Martyrum quam festi; & in illis Panegyricæ laudes, & Homiliæ ab Episcopis recitatæ, sive hymnis & sacrificiis anniversaria dies celebrata, ut videmus in Prudentio atque Paulino, aut funeribus habitis Orationibus, ut in Gregorio Nazianzeno; jam signorum etiam mirabilium exspectatio; Processus demum, hujusmodi Natalium in laudem, By-

 zan-

(1) Euseb. Lib. III. Vit. Constantin. Cap. 43.

zantinorum ab moribus derivati. (1) Quid igitur mirum, si tota Martyrum nominibus & gloria resonaret Ecclesia & terra, quum eorum in laudes adeo se se effunderet sacrorum Vatum libera, ac suada facundia, ut crediti viderentur sanctissimi Pugiles fidei, extremo terrarum die fulgentes tamquam scintillæ in arundineto discursuri, & judicaturi nationes, & commutaturi fortassis Hædos in oves? (2) Quælibet igitur particularis Ecclesia, Urbs quæcumque, Oppidula omnia; Pagi omnes ac Vici suos revocare pergebant in memoriam Martyres, suos celebrare Populares, propriorum Natalitia Martyrum Hymnis & Agapis efficere hilariora; ad hoc siquidem vel Provinciarum Præsides ab Principibus adigebantur. (3) Quum autem eo illustriores esse viderentur Ecclesiæ, quo celebriores Martyres possiderent (quantum enim reverentiæ ob Apostolorum limina Romanæ additum Ecclesiæ?) quumque non esset illis seculis commemoratio, ut nunc vocaremus, Confessorum usitata, sed valde serior, (4) uti ex scriptis patet Vigilantii, ac Hieronymi, inter quos de

(1) Bacchin. Observat. in Lib. Pontif. Agnell.
(2) Prudent. Pass. S. Fructuos. & Hymn. S. Roman.
Venant. Fortunat. Lib. IV. De Vit. S. Martin.
(3) Euseb. Lib. IV. Vit. Constantin. Cap. 23.
(4) Joann. Front. Prænot. ad Vet. Kalend. Rom.

§. IV.

de solorum cultu Martyrum erat controversia ; factum inde , ut quæcumque Ecclesia, quæ de aliquo recordaretur Populari suo , qui tristia Christi pro fide passus diceretur mala , ne ceteris videretur nimium cedere Ecclesiis , eundem statim appellaret simpliciter Martyrem ; diei Festi , & celebritatis solicita potius , quam synceritatis Actorum , & qualitatis passionum . Nec vero innocentem compescuissent Patres Christianarum Plebium errorem , aut vulgare illud atque ἰδιωτικὸν reformare voluissent ævo illo receptissimum vocabulum ; satis cognoscentes quantum utilitatis ille Martyrum numerus , illud in eos omnium studium Catholicæ adferret Ecclesiæ . Ut enim omittam , Passiones Martyrum , ac decantatum frequentissime nomen , maximum fuisse apud Ethnicos Christianæ fidei argumentum , & , uti ajebat Tertullianus , constantiam Martyrum fuisse illecebram Sectæ nostræ ; (1) multa tamen adhuc erant , quæ Patres veris etiam ab Christianis obtinere facilius posse videbantur , proposita Martyrum corona , proposita quotidie , eoque pacto Martyriorum aucta in immensum gloria . Toti nempe erant illi , veram ut ad pœnitentiam , ad patientiam , ad Charitatem , solitariam ad vitam Populum in Sermonibus instituerent . Qua igitur ratione fœliciter id , & quam-ma-

(1) In Apologetic. & Lib. ad Scapul.

maxime præstitissent? Haud alia certe, nisi comparatis non dicam virtutibus illis, sed veluti effectis quamsimilibus Martyrio. Itaque Asceticam vivendi legem, Martyrium dicebant spirituale, Martyrium vitæ totius, quotidianam crucem, quotidianum fidei, atque Confessionis Martyrium. (1) Virtutem castitatis, Martyrium castitatis appellabant, agonem servatæ pudicitiæ, carnis vivicomburium. *Habet & pudicitia servata Martyrium suum*, ajebat S. Hieronymus; (2) & S. Ambrosius de Virgine Martyre loquens: *Habetis igitur*, inquiebat, (3) *una in hostia duplex Martyrium, pudoris ac Religionis: & Virgo permansit, & Martyrium obtinuit*. Nec ideo laudabilem dicebant Virginitatem quia in Martyribus reperiretur, sed quia ipsa Martyres faceret. Martyres etiam appellabant aliquando, qui temporalium jacturam bonorum patienti animo tulissent: (4) Martyres, qui mori magis, quam magicis ad recuperandam valetudinem uti maluissent artibus; (5) quum enim malefico carmine corrumpi hominum vitam illis esset proximis Idololatriæ seculis facile existimatum,

(1) S. Hieronym. Epist. XXVII.
(2) Epist. VIII.
(3) Lib. De Virginit.
(4) S. Joan. Chrysostom. Homil. I. in Epist. II. ad Corinth.
(5) S. Joan. Chrysostom. Homil. VI. contr. Jud. S. August. Sermon. XXXIX. XLIV. De diversi.

tum, heinc meliorem aliquando auram per præstigias repetere adigebat morbi impatientia, veluti qui

Solutus ambulat Veneficæ
Scientioris carmine. (1)

Proprium igitur fovebatur in similitudinario Martyrium; quum nil obtinere se Patres pene posse viderentur, nisi proposito Martyrum exemplo, proposito Martyrum & titulo & præmio, evidentiore sane argumento ex Martyribus sine sanguine, sive diuturnioribus ex angustiis Martyrum sine sanguine, derivato.

XXXIV. Erant vero honorarii tituli, concessa Ecclesiæ pace, in ipsa sat frequentes. Certum enim est, Sanctum dictum fuisse Eusebium Cæsareæ Episcopum; more videlicet Paulinis ab Epistolis derivato, quæ Sanctorum nomine Christianos omnes amplectebantur: (2) Melaniam Seniorem non semel Sanctam, tametsi Origenis erroribus imbutam, ab Hieronymo appellatam: Beatum appellatum Luciferum Calaritanum, etiamsi segregatum, atque Schismaticum: Sanctum ab Ambrosio vocatum Gratianum Imperatorem: Sanctum ab Augustino Hilarium Diaco-

(1) Horat. Epod. V.
(2) Catalan. Not. in Epist. Familiar. II. S. Hieronym.

conum Luciferianum ; eodemque ſeculo Paulinum Nolanum Sanctam eandem dixiſſe Melaniam , Sanctum dixiſſe Joannem Hieroſolymitanum Epiſcopum Origeniſtam : ceteros Sanctos Patres , honoris gratia frequentiſſime Sanctitatis titulum dubiæ etiam fidei Epiſcopis tribuiſſe: Sanctæ Virum memoriæ audiiſſe Joannem Jejunatorem , qui in peccatis obierat : Juſtinianum Imperatorem , atque Theodoram Auguſtam , ab ſanctitate morum remotiſſimas animas , Sanctos vocaviſſe VI. Concilii Patres : (1) Sidonius Apollinaris plures tunc temporis in vita degentes appellavit pariter Sanctos . (2) Quod ſi tales in homines fœminaſque honorus adeo effuſus fuit illis ſeculis titulus , ecquid fieri debuit, ecquid erga vere Sanctos factum inde fuerit ? Si nil pro Chriſto ac Religione ſua , nil pro virtute paſſi , pro ſeculi tamen ingenio ac ſtylo , adeo celebrantur , cur non magis qui pro Fide perpetuis in ærumnis fuerant , in diuturna paſſione ? Denique ſi caſti , ſi ſua paupertate contenti , Martyres dicebantur , cur dicti haud fuiſſent etiam ſimpliciter Martyres , qui exſilia , carcerem, proſcriptiones , tormenta fuerant pro Religione perpeſſi ? Imo quum Martyrum Natalitia ab Imperatorum Natalitiis eſſent derivata,

(1) Florentin. Not. & Excerpt. in Martyrolog. Occid.
(2) Epiſt. XXV. Lib. 4.

vata, five illa, uti etiam Cyprianicis docuit in Differtationibus Doduvellus, horum ad fimilitudinem facta, ita & cetera quæ ad cultum, ad gloriam Martyrum pertinebant, Cæfarum faftum & gloriam, honora nomina, refonantefque grande aliquid & magnificum titulos æmulari debuerunt. Secula autem illa, utpote affentationum & Aulæ, proculdubio apud Romanos erant Titulorum fecula. Quid enim aliud Principum in nummis, nifi gloriofiffimi tituli infcripti? *Tutela Augufti*, *Pietas Augufti*, *Confecratio*, *Apollini Augufto*, *Reftitutori Orbis terrarum*, *Victoriæ æternæ*, *Concordiæ æternæ*, *Vota fufcepta*, *Divis Auguftis*. Ipfis vel in familiaribus Epiftolis, uti ex editis Symachi patet, Imperatores, Auguftofque fuos, Dominos Orbis appellare folebant Romani, divinos Principes, humani generis Principes, divinæ Stirpis Auguftos, altores humani generis Deos, quorum divina ac cæleftia edicta. In tanta vero Titulorum effufione, quid, obfecro, mirum, fi fe adeo continere non potuit intenfa erga Martyres Chriftianorum Religio, ut fuos & ipfi cæleftes Heroas, pro feculi exhuberantiffimo ftylo, nominibus auguftioribus infignirent? Itaque viciffe gloriabantur Regna per Fidem, indeptos fuiffe repromiffionem, tamquam aurum in fornace probatos, Chrifti veftigia fequutos, & quafi holocaufta acceptos cum eo in
æter-

æternum, non illos modo, qui pro ejus amore totum Sanguinem suum fuderunt, sed illos etiam qui corpora tradiderant sua propter Deum ad supplicia, qui suis in corporibus immania pertulerant pro Christo tormenta, ideoque percipere meruerant immarcessibilem æternæ gloriæ coronam; unde non jam Confessores viderentur fuisse, sed Martyres, neque solius Confessionis ovatione insignes, sed gloriosissimo Martyrii triumpho percelebres, Christiano nomini, Christianæ constantiæ gloriam indeptos perpetuam. ac sempiternam.

XXXV. Age vero ad rei caput descendamus. Totus est Doduvellus, ut Martyrum ob copiam in Martyrologiis descriptam, eorum notet Auctores, veluti nullus inveniri in Martyrologiis posset Martyr, qui, hujusmodi Auctorum sententia, non fuerit coronatus. Quanto igitur in errore versetur Oxoniensis Professor, non adhuc rationibus ac argumentis, sed ipso monumentorum, sive Martyrologiorum clypeo ostendendum est. Porro quum nimiam Martyrum copiam inficietur Doduvellus, nisi umbram verberare voluerit, prolixiora opus est animum intenderit ad Martyrologia, scilicet ad Hieronymiana, uti vetustius illud Occidentalis Ecclesiæ a Florentinio editum, aliquando S. Hieronymo tantum assertum, aliquando Eusebii & Hieronymi titulo adnotatum, esto

post

post Eusebii & Hieronymi tempora conscriptum; uti & vetustius Romanum ab Rollando & Henschenio in Actis Sanctorum editum, sive Antuerpiense S. Hieronymi, sive ab loco, ubi scriptum aliquando fuit, Epternacense, sive a S. Viro cujus fuit in usu, S. Villibrodi placeat nuncupare; uti demum & Corbejense, cujus, sicuti & Antuerpiensis laterculos, cum suo vetustiore contulit, inque lucem protulit Florentinius. Hæc enim antiquissima Martyrologia, sive antiquissimi Hieronymiani Martyrologii varia sunt quæ omnium manibus teruntur exemplaria; immane quippe errat Oudinus, qui verba de Beda faciens, tempore ipsius nondum fuisse ait Martyrologia; (1) nisi ipse intelligi desideret de historiatis, ita ut dicam, Martyrologiis, quæ profecto seculo tantum labente nono obtinuere. Illa vero antiquissima Martyrologia, recentioribus prolixiora sane sunt, quod plures admodum quam recentiora contineant Martyres, imo quod contineant solos Martyres. Ejusmodi Florentinius Martyrologia non Bedæ modo, Adoni, Usuardo, ceterisque ignorata ait Martyrologiis, verum & hisce in rebus solertissimo Baronio, pluries Gregorianum optanti, & plurimi facere adsueto decurtatum illud ex Romano S. Cyriaci Monasterio,

(1) Tom. I. Comment. De Scriptorib. Eccles. Secul. VIII.

rio, cum vetustioribus hisce non conferendum, Martyrologium: (1) Quod minime profecto mirum, quum hi omnes ante Bollandum scripserint. Ast ignorata eadem Doduvello, qui etiamsi Ecclesiæ addictus non fuerit, tantus tamen Ecclesiastica fuit in Historia, quique quum tot post Bollandum Olympiadibus floruerit, celeberrima illius Hominis Opera, de Martyribus scripturus, præ manibus habere maxime debuerit, dubitare possibile non est. Verum si ad antiquiora, ad prolixiora ista respexit Martyrologia, statim absque dubio evidentissime adparet, haud syncere hominem disseruisse; ejusmodi namque in Martyrologiis, qui citra mortem passi pro Fide erant, designati ac descripti sunt, uti simpliciter Martyres, unde non ex solis coronatis, & consumatis Martyribus, ut ipse perpetuo contendit, sed ex laureatis Martyribus, & Martyribus elogio talibus dignoscere quisque possit numerum Martyrum immensum, Martyrologiorum ab Concinnatoribus fuisse conflatum.

XXXVI. Hoc apertissime ut constet, ratum esse debet, Commemorationem eorum, qui citra mortem patiebantur, inter memorias coronatorum Martyrum fuisse olim in Ecclesia celebratam. Teste sit celeberrimum S. Cypriani præceptum, unde Interpre-

(1) Adnot. ad Martyrol. Occid. Eccles. Kalend. Madii.

pretes omnes originem Martyrologiorum deducunt. Sic enim ille ad Presbyteros, Diaconosque de constitutis olim in carcere, Fidei ob confessionem, Christianis: *Denique & dies eorum quibus excedunt adnotate, ut commemorationem eorum inter memorias Magistrum celebrare possimus*. (1) Vide quam clarum, quam apertum, quam certum sit, commemorationem eorum, qui citra mortem patiebantur, quosque hoc in loco neque Martyres vocat Cyprianus, inter memorias tamen Martyrum fuisse in Ecclesia olim celebratam! Porro quid esset illa Martyrum commemoratio, præter ceteros, jam fuse docuit ipse Doduvellus, ubi de perpetua agitur & anniversaria de commemoratione, atque de nominum Martyrum in Eucharistia recitatione e Diptychis Ecclesiæ. (2) Erant speciales igitur quacumque particulari in Ecclesia Tabulæ, in quibus suorum habebant Christiani nomina Martyrum descripta, quibusque in Liturgia, sive Eucharistico in Sacrificio, aut dum Litaniæ fierent, utebantur; (3) diverso sane, uti jam diximus, ab Kalendariis munere, quæ Festis præcipuorum modo

(1) Epist. edita Pamel. XXXVII.
(2) Differt. V. Cyprianic.
(3) Mabillon. Præf. in Secul. V. Ord. S. Bened. Florentin. Admonit. II. præv. ad Martyrol. Occid.

do Sanctorum, Stationibus, & Evangeliis cujuscumque diei designandis; (1) diverso munere ab illis Martyrologiis, quæ Sanctorum etiam Acta, inferioribus seculis, compendiatim saltem exhibuere, utpote quæ Historiæ caussa concinnata, videlicet avidæ Plebi prolixiora meditari Acta, ac præ manibus habere non valenti, recitanda; (2) quæque more, sero quidem, a Monachis tamen derivato, in Capitulo primum, Ecclesiasticum dein inter Officium in Choro lecta fuere. (3) Illis ex Diptychis particularium Ecclesiarum, vetustius illud Martyrologium, quod Hieronymianum dicimus, & Gregorianum etiam ortum habuere, sive eorum ad exemplar ista confecta, uti docent universi, qui de Martyrologiis disseruere. (4) *Sancti*, inquit etiam Fronto, (5) *scribebantur in Tabulis Ecclesiasticis, ex quibus ad Martyrologia transiere*. Quæ quum prioribus illis antiquissimis

(1) Fronto Prænot. ad vet. Kalendar. Roman. §. III.

(2) Florentin. Admonit. & Excerpt. ad Martyrol. Occid.

(3) Grancolas Comment. Hist. ad Breviar. Lib. I. Cap. 26.

(4) Vales. Differt. de Martyrol. Roman. Merat. Tom. II. Thesaur. Sac. Rit. Part. I. Lect. II. Cap. 5.

(5) In Prænotat. ad vet. Kalendar. Roman. §. XI.

mis in Diptychis nuda descriptorum nomina reperirentur, quod sola nempe nomina in Litaniis, ac Eucharistico recitarentur in Sacrificio, diesque solum adnotarentur, anniversariam ad commemorationem, quæ celebriorum minus Martyrum propria erat, a perpetua, quæ propria præcipuorum erat, & celebriorum discriminandam; denique Diptychorum pro diversitate & copia, locorum etiam adnotaretur diversitas, inde factum, ut priore illo in vetere ac prolixiore Martyrologio Hieronymiano, nuda Martyrum nomina comparerent, addito solum loco passionis, & die, videlicet, de non Coronatis si loquamur, addito solum loco naturalis aliquando, post exsilia, post tormenta, post carceris supplicium, aut in carcere, mortis, & die. Idem, si ab Hieronymiano diversum fuit, Gregoriano de Martyrologio dicendum, teste ipsomet Maximo Pontifice. *Nos*, inquit, (1) *pæne omnium Martyrum distinctis per dies singulos passionibus collecta in uno Codice nomina habemus, atque quotidianis diebus in eorum veneratione Missarum solemnia agimus: non tamen in eodem Volumine, quis qualiter sit passus indicatur; sed tantummodo locus, & dies passionis ponitur. Unde fit, ut*

 mul-

(1) Epist. XXIX. Lib. 7.

multi ex diversis terris per dies singulos cognoscantur Martyrio coronati.

XXXVII. Equidem Gregorii testimonio sententiæ nostræ accommodato, eodemque probe ac naturaliter percepto, duo inter se conciliantur effata, quæ videntur opposita, & utrumque sua gaudere quodammodo dignoscitur veritate. Alii siquidem, uti Doduvellus, (1) atque Launojus, (2) vocem hanc *Martyrologium* de Diptychis, seu Catalogis, & Kalendariis interpretati, quo vetustiora sunt Martyrologia, eo esse dixerunt etiam simpliciora; alii, uti Dacherius, (3) quo vetustiora sunt, eo simpliciora non esse. Verum iidem in definitione nominis simplicius (quæ oppositionis origo est) minime convenere. Indubium siquidem est, quo vetustiora sunt Martyrologia, eo esse etiam simpliciora, si hoc ex effato significare velimus, Martyrologia vetera, peæter nomina Martyrum, & diem, & locum passionis, nihil Actorum continere, nihil Historiarum. Falsum autem, si vetustiora Martyrologia arbitraremur, Martyrum, qui diversis per orbem in Ecclesiis floruerunt, nomina non continere. Verum quo-

(1) Differt. Cyprianic. XI.
(2) Discuss. Responf. ad Differt. de duob. Dionys. Cap. 7.
(3) Præf. ad Martyrol. Hieronym. tribut.

quoque est, vetustius censendum esse Martyrologium, in quo multorum simul nomina Marryrum, singulos per anni dies, pluribus Ecclesiasticis ex Diptychis descripta sint; ast falsum æque, vetustiora illa Martyrologia ita simplicia non esse, ut præter nomina Martyrum, & diem, & locum passionis, naturalis videlicet, in Martyribus sine sanguine, mortis, reliqua continere credantur, quæ ad Acta eorum, ad passionum genera, ad epocham, atque celebritatem, aut cetera recentioribus contenta in Martyrologiis pertinent. Nec brevius, nec singulare dici Hieronymianum illud potest, quod ex Ecgraphis Corbejense vocant, Antuerpiense, Florentinianum, aut Gregorianum illud, in quo pæne omnium Martyrum, distinctis singulos per dies passionibus, erant nomina conlecta; & tamen in utroque dies tantummodo, & loca sunt posita passionum; qualiter autem quisque fuerit passus, minime adparet; si enim semel id aliquo est in laterculo inventum, e ratione textus, veluti superadditum, removendum statim edocent Sapientiores, uti suo fecit aliquando in Corbejense Dacherius; (1) quod reapte Corbejensibus a Monachis pro arbitrio interpolatum ait Lau-

(1) Vid. Not. Florentin. ad diem XII. Jan.

nojus ; (1) quare & Florentinius statim, atque Martyris præter nomen, diemque, locumque, suo, vel verbulum legit in vetustiore, additionem serius ad seculum admonet rejiciendam ; (2) nec stylum veterum sapere Martyrologiorum, in quibus descriptorum nomina tantum reperiri possunt, ac debent. Illud igitur ab Roswido in lucem editum, haud vetus Romanum esse, sed posterius valde, & ab Adone mutuatum ostendit, quod non nuda Martyrum semper nomina, sed variarum aliquando genera contineat passionum; more videlicet D. Gregorii ætate nondum usitato. (3) Et recentiores profecto Martyrologi, dum nonnullos aliquo non semel vetere ex Dypticho, aut Catalogo deducunt Martyres, nil nuda præter nomina rescire de eisdem, atque referre possunt. Hisce autem ex omnibus liquido jam constat, nuda eorum nomina, qui citra mortem patiebantur, cum nudis coronatorum Martyrum nominibus. ob commemorationem, recitationemve Eucaristico faciendam in sacrificio descripta, similique ratione vetustiora, & prolixiora in Martyrologia e Diptychis derivata, exundantem

Do-

(1) Discuss. Respons. ad Differt. de duob. Dionys. Cap. 7.

(2) Vid. Admonit. præv. ad Martyrolog. Occid., & sæpe in Notis.

(4) Admonit. IV. præv. ad Martyrolog.

Doduvello, perperam eos omnes laureatis pro Martyribus interpretanti, Martyrum numerum exhibere visa esse, Romanæque profecto Historiæ, suam juxta sententiam, minime respondentem.

XXXVIII. Quod ut confirmetur vehementius, nonnulla vetustioribus hisce e Martyrologiis, seu variis potius Hieronymiani ex laterculis, in medium adducere exempla operæ pretium est. Laterculum adfert Holstenius ex vetustissimo, ut appellant, apud Rollandum Hieronymiano, in quo hæc leguntur: *In Africa Epicteti, Quincti, Secundi, Jocundi, Saturnini, Vitalis, Quincti, Vincentii, & Felicitatis. Item Quincti, Felicis, Artaxis, Fortunati, Rustici, Silli, Quincti, & aliorum sex*. (1) Permixta hoc esse in laterculo consumatorum nomina Martyrum, nominibus Martyrum sine sanguine dignosci synchronis potest ex Actis Sanctarum Perpetuæ ac Felicitatis Martyrum, quæ vetustissimis ex Africanis Membranis eruit, atque laudatum referenda esse ad laterculum, edocet idem Holstenius. (2) Hæc siquidem in illis: *Quatuor illi Angeli, qui gestabant nos, deposuerunt nos; & pedibus no-*

G 4

(1) Tom. I. Act. SS. pag. 567.
(2) Epist. ad Florentin. Martyrolog. Occident. præfix.

nostris transivimus stadium via lata, ubi invenimus Jocundum, ac Saturninum, & Artaxium, qui eadem persecutione vivi arserant; & Quinctum, qui & ipse Martyr in carcere exierat. En Martyrem decessum in carcere, Martyribus ceteris, qui totum pro Domino sanguinem profuderunt, omnimode comparatum, & utrorumque nuda nomina in laterculo Martyrologii permixta; en citra mortem passum & interfectos, dictos simpliciter Martyres.

XXXIX. Duos Felices exhibuit nobis, uti vidimus, Raynaudus, alterum ex Augustino, qui ante admotos cruciatus exstinctus in carcere fuerat, ex Paulino alterum, qui post tolerata tormenta dimissus, diu superstes, demum in pace quieverat. De hoc ita in laterculo Vetustioris Occidentalis Ecclesiæ Martyrologii editi a Florentinio: *XIX. Kal. Februar. In Antiochia Cleti Diaconi de antiquis. In Africa Pauli, Successi, Victorini, Saturi, Missorii, Geronti, Lucriti, Januarj, Floridi, Zeucosiæ. Nola Campaniæ Passio S. Felicis.* Haud absimiliter Africano de Felice ante ullam tormentorum passionem exstincto idem Martyrologium: *VIII. Idus Novembr. In Nicomedia Natalis SS. Adriani, Juliæ, Eusebi. In Africa Natalis SS. Donati, Pauli, Belsami, Domnini, Primi, Dulii, Fortunati. Januarii, Forti, & in*

Te-

Tonize Africæ Natalis Felicis. In Frigia Natalis SS. Januarii, Attici, Rarici, Mammari, Venericini, & Venericinæ. Antuerpienſis, & Corbejenſis lacerculos, quos utraque die ad collationem profert Florentinius, eadem habent nomina, eodem modo, eadem forma. Scilicet Hieronymiani Auctor Martyrologii nudum Felicis utriuſque nomen, inter nuda coronatorum fortaſſe Martyrum nomina deſcriptum in Diptychis invenerat, ideoque, pro ſeculi ſtylo, pro Martyrologiorum ſui temporis formula, utrumque ceu ſimpliciter, Martyrem adnotavit.

XL. Legitur X. Kal. Februarii laterculus hujuſmodi in Florentiniano: *In Mauritania Civitate Neocæſareæ paſſio S. Severini & Aquilæ uxoris ejus. Belli. Mamici. Caſtoli. Flori. Saturnini. Baſillæ. In alio loco Corneli exorciſtæ. In Ancyra Galatia Donati. Caſtoli. Popice. Clemente cum ſuis omnibus, & alio loco paſſio SS. Eugeni. Macari.* MS. Antuerpienſe, tam in laminis editum, quam apud Bollandum, ſimilem quoque habet laterculi terminum: *alio loco SS. Eugeni, Neonis, Macari.* MS. Reginæ Sueciæ pari modo: *& alibi paſſio SS. Macarii, & Eugenii.* Confeſſionis tamen illuſtri tantum gloria decoratos in pace quieviſſe Eugenium, & Macarium in Andedone Mauritaniæ Urbe ab Juliano re-

relegatos, narrat Menologium Basilii XIII. Kal. Januarii. Nec alia quidem de caussa, nisi quod Menologia de Sanctorum Actis compendiatim differentia, coronatos Martyres ab Martyribus non semel secernunt sine sanguine, quod effici veteribus in Martyrologiis, juxta Diptychorum formam concinnatis, nulla ratione potuit, in quibus nuda modo nomina moris erat describere. Idem & Romano in recente Martyrologio reperire est, die IV. Martii, qua gloriosæ SS. Victoris, & Victorini confessiones referuntur, qui in carcere & vinculis obiere; quos tamen vetustiore, ut exhibiti a Martyrologio sunt, diceres coronatos. En Florentiniani laterculum. *II. Nonas Mart. In Nicomedia Victoris. Victuri, & Neocepuli. Papiæ: Alexandri. Diodori: Claudiani. Carisi. Mercuri. Perpetuæ. Felicitatis. Jocundi: Saturnini. Carsi. Nicephori. In Italia Filagatoniæ. Victurini. Januli. Silvani. Permiæ. Sattiri. Saturnini. Revocati. Plamfsgioni. Patroni. Diodori. Nigori, & Charisti.* Eadem etiam enunciantur formula in Antuerpiense, & Corbejense. Quis autem hujusmodi ex laterculis modo, divinare valeret, Victorem, & Victorinum nullo fuisse sanguinario Edicto ad mortem propter Christum damnatos, sed solum vinculis afflictos, inque carcerem retrusos, & tantum Elogio Mar-

Martyres ? Quis iterum , tot inter nuda nomina uno in laterculo conscripta divinare valeret , quænam inchoati designent Pugiles Martyrii ; quænam eos , qui totum pro Domino sanguinem profuderunt ? Nempe nulla hujuscemodi Nominibus adposita fuit particularium in Diptychis Ecclesiarum, aut Litaniis , aut eucharistico inservientibus Sacrificio , adjectio , quod sola in eo nomina ante Hieronymiana tempora recitarentur , unde & nuda pariter nomina in Hieronymianis possent , ac Gregorii Martyrologiis inveniri .

XLI. Vetustius Occidentalis Ecclesiæ Martyrologium ita habet XVI. Kalend. Martii : *In Thuscia Spoleti Civitate Natalis SS. Vitalis . Cyriani . Marciani . Valentini . Interamne via Flaminia ab Urbe Roma miliario LXIII. Natalis S. Vincenti . In Licia Natalis SS. Basiani . Tonion . Moyseos . Barsion . Dionysius , & Emonius . Afrasi . Item Dionysius Episcopis . Orus . Paulus . Leucorus . Orghasius . Plebius . Amandus . In Militana Civitate Natalis Policliti . In Eraclea Natalis SS. Felicis . Januari . In Græcia Palladi . Candediani . Poliasti . Filoronis . Candidiani . Passamonas . Jonas . Ammonius . Topphi . Protidi . Breconi Diaconi . Moyse Lect. In Civitate Spolisio Vitalis & Milites LXXXIV. In Africa Natalis Valentini . In Zera miliario LIIII. via Flaminia*

nia Artheni . Marciani . Theoni . Celerini, & Magni. In Sicilia Egias. Juliani . Passio S. Sereni. In Alexandria Saturnini. Advocati . Preconi . Maximi . In Corbejense pariter Hieronymiano eam ad diem legitur: *Interamne via Flaminia ab Urbe Roma milliario sexagesimo quarto natalis S. Vincentii, Talici .* Et tamen Florentinius in suis eos ad laterculos notis , de Actis S. Vincentii memorat , Lucæ, ubi Corpus ejus adservari ait , vetustissima inter MSS. repertis , inque iisdem diserte narrari ostendit , Vincentium non Martyrem fuisse , sed Confessorem ; ipsum videlicet, plurima post tormenta , multis cum Sociis corpus Dominicum suscipientem , spiritum Domino placide reddidisse ; quod utique Martyrii genus ex Actis cognitum , debuisset tamen, ex forma , qua conscriptus Vincentius in Martyrologio est, vel in præsens ignorari . Ad VIII. pariter Kal. Martii in vetustiore Florentiniano reperire est : *In Africa Natalis Victurini . Neuceri. Palati . Fortunati, & aliorum .* Hunc profecto Martyrum chorum ex illis fuisse conflatum conjectavit Pamelius, qui Luciani in Epistola , inter Opera Cypriani memorantur . Porro IV. Kal. ejusdem mensis consimilia recitantur apud Galesinium , & Baronium , Martyrum Africanorum nomina , quorum Acta probatæ notæ extare apud Surium ait Florentinius . In hujusmodi autem
Actis

Actis Pugilum illorum aliquos in carcere decessisse, & festinasse legimus ad coronam. Sic ad II. Kal. Martii Corbejensis Martyrologii laterculos hunc habet finem: *Item Venitiæ, Januariæ, Sterculæ, Silviani, Manirræ, Rufinæ, Leandri*. Omnes veluti simpliciter Martyres. Leandrum hunc tamen esse Confessorem. Hispalensem Episcopum, interpretatur Editor vetustioris Occidentalis Ecclesiæ Martyrologii, sed infinitus essem, & exscribere Hieronymiana deberem, omnia si quæ prostant de Martyribus sine sanguine exempla enumerare placeret. Unum igitur modo, aut alterum subjiciam.

XLII. Martyres elogio tantum, & aliqua modo citra mortem tormenta passos, & mala, videlicet in carcerem conjectos, ibi in Domino quievisse Saturninum, & Socios ejus noscere possumus ex Baronio; (1) eorum tamen nuda nomina vetustiore in Hieronymiano ita sunt cum aliis commixta, Œdipus ut esses, si eos omnes, vel eorum aliquos, Martyres laureatos determinate crederes, aut Candidatos. En Florentiniani laterculum: *IV. Nonas Madii. Cœlestini. Felicis. Cetici. Urbani. Bellaci. Privatæ. In Alexandria Saturnini cum Neopoli Socio suo. In Arminia Civitate Militana Hilpidi & Hermogeni. In Alexandria Germani. Cœlestini. Sanctine*. In vetustissimo S. Vili-

(1) Martyrol. Roman. Die II. Maji.

librodi Martyrologio ad VII. Idus Aprilis legimus : *Antiochiæ Syriæ Timothei , Diogenis , Machariæ ; & alibi Eleusi Presbyteri, & in Lybia superiore Capricæ , Victoris ; Alexandriæ natalis Peleusi Presbyteri, & in Nicomedia Cyriacis cum aliis X.* Pro Pelusio Presbytero Petrus de Natalibus , antiquissimis ex Martyrologiis scribit : *Pleusius Presbyter eodem die in Alexandria in Christo quievit* . Hæc autem formula non coronatum denotat , sed sine sanguine Martyrem . III. Idus Aprilis ita Antuerpiense: *In Mauritania Salanis , Maximi , Hilari , Concessi , cum aliis Sanctis* . Nec differt Corbejense . Florentinius vero ita in suis eos ad laterculos notis : *Inter hos aliquos fuisse Confessores* (videlicet citra mortem passos , & gloriosa ex tormentis , vel exsilio , pro ea Romanorum de qua diximus indulgentia Confessione fulgentes) *facile est credere , sub generali nimirum nomine Sanctorum , sub quo non stricte tantum Martyres , sed vetustis seculis propriè dicti Confessores includebantur* . Præconcepto igitur Commemorationis eorum , qui citra mortem pro Christi Fide patiebantur , inter memorias consumatorum Martyrum more, præconcepta Diptychorum forma , & Martyrologiis hisce vetustioribus, prolixioribusque sagaci quodam mentis , res quæ penetrare valeat, oculo perspectis, nulla procul dubio esse potest dubitatio , citra

mor-

mortem passos, Martyrum numerum in Martyrologiis plurimum quidem, jure tamen auxisse, illosque designati Pugiles Martyrii, nudis suis cum Nominibus, sive, ex seculi stylo, sub Martyrum simpliciter nomine, Ecclesiasticas ampliasse merito Tabulas, & prolixiora effecisse Martyrologia. Si enim enumerati, qui, uti cognoscimus e monumentis, fuere sine sanguine Martyres, enunciati tamen inter coronatos sunt, ac veluti simpliciter Martyres, cur, obsecro, tot alii, quorum acta, ideoque passionis genus ignoramus, credi non poterunt fuisse solum elogio Martyres, etiamsi nuda per nomina vetustioribus in Martyrologiis conscripti, fuisse coronati videantur, atque simpliciter Martyres?

XLIII. Hucusque vero ex demonstratis falsa veris miscuisse dignoscimus Valesium ita scribentem: *Singulæ Ecclesiæ sua habuere Calendaria, in quibus digesta erant nomina Episcoporum, & Martyrum, diesque notati, quibus memoria eorum anniversario cultu celebraretur. Martyrologia vero non unius loci propria, sed totius Ecclesiæ fuere communia, quippe quæ totius Orbis Martyres, Confessoresque generaliter continerent. Et in Calendariis quidem nomen Urbis numquam adscribitur, cum in usum duntaxat unius Ecclesiæ comparata sint. At in Martyrologio nomina singularum Urbium, & Op-*

pi-

pidorum adscribuntur, verbi gratia Romæ, Alexandriæ, Antiochiæ, & similia; propterea quod ad usum totius Ecclesiæ illud institutum est. Ex pluribus enim diversarum Urbium Calendariis, unum compositum est Martyrologium. Itaque Calendaria Martyrologiis vetustiora sunt, quippe quæ originem illis præbuerint. Quod si quis pervicaciter contendat, Calendarium etiam dici posse Martyrologium, equidem non magnopere repugnabo, dumodo privatum Martyrologium appelletur. Verum hæc impropria locutio est, cum Martyrologium, si proprie definire voluerimus, ad usum totius Ecclesiæ ex æquo pertineat, nec huic Ecclesiæ magis competat, quam alteri. Denique Calendaria nomen duntaxat exhibent Martyrum, diemque, & locum, in quo fit statio: in Martyrologiis vero & genus passionis, & tempus, quo passi sunt Martyres, & locus, & Judex adnotari solent. (1) Vera, inquam, falsis hoc in testimonio miscuit Valesius. Certum enim est, singulas olim Ecclesias sua habuisse Calendaria, in quibus digesta erant nomina Episcoporum, & Martyrum, diesque adnotati, quibus memoria eorum anniversario cultu celebraretur. Certum etiam est, Martyrologia non unius fuisse loci propria, sed totius Ecclesiæ communia, quippe quæ totius Orbis Martyres generaliter continerent. Ve-

(1) Differt De Martyrol. Roman.

Verissimum in Kalendariis quoque, in usum duntaxat unius Ecclesiæ comparatis, quæ Diptycha appellavere, numquam fuisse Urbium nomina conscripta. Certum denique, ex pluribus diversarum Urbium Kalendariis concinnata fuisse Martyrologia, illaque istis fuisse vetustiora, quippe quæ originem eisdem præbuerint. Ast falsum est, vetustioribus in Martyrologiis singularium Urbium, & Oppidorum adscripta fuisse nomina. Si enim Florentinianum adspicias, Antuerpiense, Corbejense, antiquissima Hieronymiani exemplaria, totius pene Orbis Martyres exhibentia, quot in illis, obsecro, incerti loci Martyres? quot post hanc vocem *alibi* designati? Immo nec determinata passionum in eisdem descripta loca sunt, sed hisce potius sub generalibus nominibus: ***In Italia***, ***in Hispania***, ***in Gallia***, ***in Græcia***, ***in Africa***, ***in Lybia***; hasque Auctorem Hieronymiani Martyrologii necessum erat usurpasse formulas, quum Sanctorum nomina e Diptychis, sive particularium Catalogis Ecclesiarum derivasset, in quibus, vel Valesio docente, nulla erant locorum nomina descripta. Sed nihil falsius quam quod adserit Valesius, in Martyrologiis videlicet, non nomina tantum, & dies, & locum adsignari, sed genera etiam passionum, & tempus, & Judicem, & cetera Martyrum ad Historiam pertinentia. Verum hoc enim

H effa-

effatum eſt, recentiora relate ad Martyrologia; aſt in vetuſtiore Occidentalis Eccleſiæ, ſive in Hieronymiano, in Gregoriano, in aliis, quæ antiquiora diximus, ac prolixiora, vel ipſiſmet oculis nil actorum eſſe, nil hiſtoriarum certi effici poſſumus. Interim animadvertas velim, ejuſmodi Hieronymianis in Martyrologiis infinitos reperire eſſe Africanos Martyres, infinita prope Martyrum ex Africa nomina deſcripta, quæque ceterarum omnium exſuperant Martyres regionum. Quorſum autem iſtud? Niſi frequentiore ac receptiſſimo ex uſu, ex maxima ab Cypriano Africanis inducta in Eccleſiis diligentia, citra mortem cruciatorum, atque in carcere pereuntium nomina, coronatorum in Diptychis adnotandi, eorumque commemorationem inter horum memorias celebrandi? Quot autem, excuſſo etiam illis in Provinciis Romanorum jugo, incruenta fuere, aut ſi cruenta, citra mortem utique, Martyria? Paullo Diacono, ſi fides, unus *Hunnericus, qui mortuo Genſerico in Regnum ſucceſſerat, Arriana perfidia, truſis in exilium, effugatiſque amplius quam CCCXXXIV. Catholicis Epiſcopis, & Eccleſiis eorum clauſis, Plebem variis ſuppliciis affecit. Et quidem innumeris manus abſcindens, linguas eorum præcidit: nec tamen loquelam Catholicæ Confeſſionis eripere po-*

potuit. (1) Exundant igitur Martyribus vetera prolixa adeo Martyrologia, quod nedum consumatos contineant, sed etiam:

Quos Africa terra, triumphis
Dives, habet

incruentos Martyres.

XLIV. Sed neque recentioribus in Martyrologiis millenos reperire poterit Doduvellus millenosque, singulos in anni dies, coronatos Martyres. De Martyrologiis loquor, quæ a Bedæ ad nostram usque ætatatem concinnata sunt. Molis enim haud parvæ ea ideo videntur, quod infinita in eisdem conscripta sint primos ad Martyres, primas ad persequutiones nulla ratione pertinentia. In Bedæ Martyrologio abest adeo ut centeni & milleni adsignentur quocumque die Martyres, ut, adnotante etiam Usuardo, Beda *quamplures Kalendarum dies reliquerit intactos*, (2) videlicet, ejus in Martyrologio permulti dies Sanctorum nominibus vacent. Rari sunt in Usuardi Martyrologio Martyres, rari etiam post Molani additiones. Vel in Baronii Romano nonnulli sunt laterculi, in quibus nullus profe-

(1) Lib. XVI.
(2) In Præfat. ad Martyrolog.

cto primarum persequutionum Martyr. Cum in Latinis autem Martyrologiis recentioribus, tum in Menologiis etiam Græcorum, præter posterarum persequutionum Martyres, Sanctosque non Martyres, omnium habentur Acta summatim saltem, & synoptice exposita. Hæc, uti inquiebam, extraneis adjuncta, molem efficere Martyrologiorum Doduvellum maxime terrentem. Quam prolixum, quam extensum Martyrologium Græcum, seu Menologium metricum Siberi! Rei caussam inquiris? Præsto est. Plures in eo Jambi Sanctis recentioribus referendi; unde recte consequi ait laudatus Editor, unum vetustum ad Auctorem, Collectoremque pertinere eos potuisse minime. (1) Diversa dein unum in Martyrem Epigrammata, Jambi in omnes Christi actus, omnia in ejusdem Mysteria, atque miracula: Epigrammata in plura Deiparæ Festa, in Angelos, eorumque adparitiones; in Patriarchas, atque Prophetas, in Justos ceteros, etiam Mulieres veteris Testamenti; in Festa Sanctorum innumerorum, qui nec Martyrii, nec Confessionis gloria claruerunt: plura cum in inventionem, tum etiam in reportationem, translationemque Crucis, & ejus restitutionem: plura Dominicos in dies: in Synodum adversus Monothelitas habitam, in

(1) In Præfat. ad Martyrol. Metric.

in Synodum V., in qua Origenis dogmata damnata sunt: in Patres Nicenos Synodi secundæ: in ædificationem plura, & dedicationem Templorum: in diem Natalem Urbis Constantinopolitanæ; quod imitatus Miræus suis Belgicis in Fastis, memoriam adnotavit captæ per Latinos Constantinopolis: plura denique in Sanctorum prodigia, ut in terræmotus sedatos, atque similia; adeout, si Metrico e Martyrologio hæc demas omnia, & reliqua modo sint, quæ primarum respiciunt persequutionum Martyres, prolixum minus profecto erit, simplicius, contractius, ejusque molis, quæ nec Doduvellum ipsum terreat. Eadem ratione bene multi sunt Libri, Martyrologiorum instar confecti, aut quos inter Martyrologiorum, ac Menologiorum portenta recenseret Doduvellus, qui tamen Historiæ potius audire debent particularium Ecclesiarum, quam illarum, aut ex plurium Catalogis contexta Martyrologia. Exemplum hujus rei esse possunt Fasti Belgici & Burgundici Miræi, qui Breviarium, Meneumque dicendi potius essent, quam adnotationes ad Martyrologium. Auctor enim, ut ipsemet fatetur, (1) vestigiis insistens Joannis Molani, qui Natales Belgicos, Philippi Ferrarii, qui

 Ca-

(1) Epist. ad D. Francisc. de Rye.

Catalogum Sanctorum Italiæ, Matthæi Raderi, qui Bavariam Sanctam, Silvani Razzii, qui Etruriæ, Petri Merſæi, qui Germaniæ, Nicolai Harpsfeldii, qui Angliæ Divos publicarunt, ne quid Patriæ genere iſto deeſſet ſuæ, Belgicas, exteraſque Hiſtorias, cum typis editas, tum MSS. ſtudioſe evolviſſe ſe contendit, antiquitatis ſacræ, ac prophanæ monumenta ſerio luſtraſſe, ſchedas publicis ex Tabulariis, privatiſque amicorum ex Bibliothecis acceptas, in examen revocaſſe, quæque ſparſim legerat ſuum digeſſiſſe in corpus; & tamen pauci Miræi in Faſtis Sancti veteres, pauciſſimi primarum perſequutionum Martyres, multi recentiores, plurimi etiam exteri. Nullus antiquorum ſeculorum in medium adducitur Auctor, præter Irenæum aliquando, Tertullianum, Athanaſium, Gregorium Turonenſem, Sulpitium Severum. Ex his autem pauca, plurima recentioribus ex Scriptoribus, quod potius, quam compendiata Martyrum Acta, Hiſtoriam contexere optaverit Eccleſiaſticam Belgicorum ex Principum Diplomatibus, ex recentiorum Diplomatibus Pontificum, Monaſteriorum, atque Eccleſiarum Privilegia continentem. Utinam & hiſce recentioribus in Martyrologiis genuina forent omnia. Haud adeo queſtus fuiſſet Molanus. (1)

Sed

(1) Tractat. de Martyrol. Cap. XIII.

Sed ejus quærelæ recentiores quosdam, ut ajebant, Sanctos respiciunt, non autem veterum persequutionum Martyres.

XLV. Itaque quum inter me ac Dodovellum nulla sit de qualitate Fidei, quæ Martyrologiis & elucubrationibus hujusmodi Catholica tribuitur in Ecclesia, nulla eorum de synceritate, nulla eorum de Auctoribus, emendatione, ac restitutione, sed solum Martyrum de copia, ac numero controversia; quumque recentioribus in Martyrologiis, Usuardi maxime, & Baronii, quibus usa est frequentissime Ecclesia, pauci omnino inveniantur primarum persequutionum Martyres, jam tota videretur caussa cadere Doduvellus, satisque ab fraude, & decipiendi animo Catholicæ vindicatæ partes. Verum quod præter Usuardum, ac Baronium alii bene multi sua concinnaverint Martyrologia, quum vel Launojo fatente, suo saltem tempore, in Ecclesiis & Monasteriis pene omnibus, sua fuerint Martyrogia, sed pauca admodnm quæ Auctoris nomen præ se ferrent; (1) quum denique de Martyrologiorum ac Menologiorum Auctoribus indiscriminatim differens Doduvellus, non Usuardum modo, ac Baronium, sed ceteros omnes Martyrologos una simul

(1) Discuss. Responf. ad Differt. de duob. Dionys. Cap. X.

omnes sumptos notare videatur; eorum nempe ex Monumentis collective sumptis numerus exurgit Martyrum infinitus; nam quos prudens prætermiserat Baronius, iterum recensere voluit Ferrarius, qui in uno desiderantur, in altero inveniuntur Martyrologio; immo quum suspicari jure possim, Doduvellum ad Metaphrasteis potius, sub Martyrologiorum, ac Menologiorum nomine, respexisse Conlectiones [quandoquidem ex Molani etiam sententia, Metaphrastæ Opus de Sanctis haud aliud est, quam prolixum Martyrologium, (1)] atque Conlectiones respexisse illas, de quibus Caveus in Appendice ad Historiam Litterariam Scriptorum Ecclesiasticorum, sive in Dissertatione agit secunda, ubi de Officiis Ecclesiasticis Græcorum; Surianas ad Conlectiones, ceteras ad Legendas, ad singularium Tabulas Ecclesiarum, in Urbeculis etiam, & aliquando in Oppidis, quorum ex unione Monumentorum, copiam exurgere ait infinitam Martyrum, quum, inquam, suspicari jure possim, animum ad hæc intendisse Doduvellum, operæ pretium est, ope qua de agimus hypothesis, ei iterum occurram, ac apertissime demonstrem, hisce omnibus recentioribus in Martyrologiis, hisce in Conlectionibus, haud exiguam Martyrum sine sanguine inveniri copiam.

(1) Tractat. de Martyrol. Cap. XII.

XLVI. Fateor autem primum, tot, recentioribus in Martyrologiis, non esse elogio Martyres, quot in vetustioribus, videlicet Hieronymiano, & Gregoriano; quum enim eorum maxime, qui citra mortem passi modo erant, Acta conscripta minime fuissent, ideo pene omnes incruentos illos, ceu ignotos, Martyres recentioribus hisce in Conlectionibus videas prætermissos, quod nil actorum, nil historiarum esset, quod, pro recentiorum stylo Martyrologiorum, posset in compendium redigi, ubere, e diverso, se se novis in Sanctis, & eorum in Actis, afferente materia, quæ hiatus terribiles expleret. Verum ea si momenta, ac monumenta probe perpendantur, ex quibus Sanctorum notitiam recentiores hi Martyrologi hauserunt, quibusque recentiores constant Conlectiones, plures adhuc adparebunt sine Sanguine Martyres, quam primo adpareant intuitu; estoque in recentiore Romano Baronii Martyrologio, ceterisque, quum acta ipsis præsto fuerunt, nonnullos adnotaverint ut Martyres, quos in pace tamen quievisse post tormenta tradiderunt, ast tamen, ea, uti dicebam, si perspiciamus monumenta, ex quibus hausti sunt recentiorum Conlectionum Martyres, æquales pene reperiemus citra mortem passos Martyribus coronatis. Porro tribus potissimum e fontibus posterioris ætatis Martyrologi, ut eorum e Præfatio-

tionibus conftat, eos quos defcripfere, derivarunt Martyres. Ex particularium fcilicet Kalendariis Ecclefiarum, ex Sanctis Patribus, ex Actis denique, magifque probatis eorum Hiftoriis, quæ ad nos ufque pervenerunt. Jam vero illis fi loquamur de Martyribus, quos ex Catalogis, feu Diptychis, Kalendariis, ac particularium Tabulis Ecclefiarum haufere pofterioris ætatis Martyrologi, haud male fufpicabimur, fi arbitremur, eofdem plurimos effe potuiffe Martyres fine Sanguine. Hujus enim rei argumentum habes, quod fola eorum nomina illis in Catalogis invenire potuerint Recentiores, inque iis quas fubjiciunt notis, nil de genere paffionis eorum, nil de tormentorum qualitate, hujufmodi potuerint adferre Commentatores, quos & fynceros adeo fuiffe animadvertere eft, ut, deficientibus Actis, ac monumentis, eos Martyres dixerint quidem, haud adfirmaverint tamen fuiffe coronatos. Exempla infinita funt omnibus in Martyrologiis; pauca interim adducam ex eo, quod nimis redundare creditur, fcilicet Galefiniano. Die prima Januarii habet in laterculo: *S. Magni Martyris*. In notis autem: *De quo nihil plane fcriptum comperimus, nifi Martyrii diem Calendis Januarii adfcriptum, & nomen*. VII. Idus Januarii: *S. Ifidori Epifcopi & Martyris*. In notis: *Cujus nomen e Martyrologio MS. accepimus, nihil-*

nihilque item aliud. V. Kalendas Februarii: *In Africa SS. Censorini*, *Victoris*, *Festi*, *& Marinæ Martyrum*. In notis: *Nihil actorum*, *sed sola nomina ex MS*. Calendis Martii: *Massiliæ Sanctorum Hermetis*, *Leonis*, *& Adriani Martyrum*. In notis: *De iis in Martyrologii Codice pervetere & MS. traditum est*, *sed ita brevi*, *ut de cruciamentis*, *quibus torti sunt narretur plane nihil*. Pridie nonas Junii: *Romæ Beatorum Martyrum Arecii*, *Daciani*, *Camarii*, *& aliorum*. In notis: *Horum Martyrum nomina solum legimus in Martyrologio antiquo & recto MS. Martyrii autem tempus*, *& ipsos cruciatus*, *ac tormenta quæ subierunt*, *explorata nondum habemus*. Habes rei spicilegium. Sexcenta similia apud eundem Galesinium, apud ceteros, qui adeo prostant, Martyrologiorum Auctores occurrunt exempla. Potuere vero ita enunciati recentioribus in Martyrologiis beati Christi Pugiles, esse elogio tantum Martyres, tales uti reapse tot alios vidimus fuisse in Hieronymianis nuda per nomina descriptos.

XLVII. Multa etiam nomina Martyrum recentiores Martyrologi ex Sanctis Patribus derivarunt, plura habituri, si ab eisdem voluissent. Verum etsi inde nomina aliquando haurire potuerint, nullo tamen pacto acta, iccirco nec tormentorum qualitates, nec genera passionum. Ut enim optime

me animadvertit Ruinartius (1), quid aliud sæpe faciunt Patres, quam Martyrum sollemnitates commemorare, aut eorum Relliquias, eorum nuda celebrare nomina? Etiamsi igitur quid passi fuerint nonnulli Martyres, sileant omnino Patres, etiamsi id ignorent Martyrologi, suis tamen in Martyrologiis eosdem, ceu simpliciter Martyres, descripserunt, satis esse rati, eo fuisse a Patribus titulo decoratos. Quid autem prohibet, ut suspicemur, incruentum fuisse Sanctorum hujusmodi Martyrium, aut cruentum quidem, sed citra mortem, eosdem subiisse Martyrium?

XLVIII. Reliqua igitur sunt ipsa Martyrum Acta, quæque circumferuntur Historiæ, Officia, Legendæ, ceteraque commatis hujusce Scripta, ex quibus non sola modo nomina, sed ipsas hauserunt recentiores Martyrologi passionum qualitates, ipsa tormentorum descripsere genera. Porro diceret Doduvellus, nullos, aut prope nullos, tot illis in Historiis, celebrari Martyres citra mortem passos, ast eas Tragœdiarum instar, omnino semper cum necibus plurimorum confici. Itaque descriptos saltem hujusmodi in Actis ac Historiis Martyres fabulam redolere, desiderarique eorum, qui id genus Martyria conscribere perrexerunt, synceritatem. Verum hoc duo permiscet, aut ego

(1) Præfat. ad Act. Syncer. §. 11. n. 19.

ego fallor, confunditque in loco Doduvellus, quæ diſtinguere opus omnino erat, Martyrii genus ſcilicet, ab ipſomet eſſentialiter Martyrio. Peccaſſe autem in genere paſſionum, in qualitate tormentorum, uti in Epocha, Judicibus, ceteriſque errarunt ejuſmodi circunſtantiis, Hiſtoriarum, quibus de agimus, Auctores, inficiatur nemo Catholica doctus in Eccleſia; aſt conſequi nulla legitime deducta conſequutione poteſt, hujuſmodi adeo de nihilo contexta fuiſſe Acta, ut qui, ceu Coronati, in illis perperam deſcribuntur, neque tamen paſſi citra mortem fuerint, iccirco nec conſumati fuerint, uti in illis fertur, nec etiam ſine ſanguine, aut ſine toto ſanguine, uti jure nos ſuſpicamur, videlicet neque eſſentialiter Martyres.

XLIX. Hæc ut percipiantur omnia, animadvertendum ſtatim eſt, ſat poſteriora Martyribus eſſe Conlectionum recentiorum Acta, nec a Synchronis fuiſſe Auctoribus contexta; quippe tribus prioribus Eccleſiæ ſeculis, quæ ejus amabilis infantia, & dulcis tempus innocentiæ dici poſſunt, Chriſtiani homines in praxi veræ pietatis magis, quam in Hiſtoriæ ſtudiis fuerunt occupati; Tatianus enim, Theophilus, Clemens Alexandrinus, Julius Africanus, & ſi qui alii ad genus hoc eruditionis animum applicuerunt, ii de Hiſtoria Eccleſiaſtica magis viden-

dentur cœpiſſe cogitare, quam eam ad ornandam ſpartam ſerio accinxiſſe ſe. Hance autem opinionem, quam ſingulari quodammodo in olim edita adverſus hunc ipſum Doduvellum Diſſertatione mihi vindicabam, in aliorum quoque irrepſiſſe mentem, exinde haud ſine gaudio cognovi. Editor Operum omnium Launoji, ejus de Diſſertationibus ad originem ſpectantibus Fidei in Galliis loquens, hæc rei qua de agimus habet quammaxime accommodata. *Cum ego Launoji varias Diſſertationes evolverem, opinio ipſius mihi veriſſima viſa eſt* (tertio videlicet medio ſeculo enatam fuiſſe Chriſtianam Fidem in Galliis) *re autem melius perpenſa, in eam opinionem abii, quæ exeunte primo ſeculo natam in Galliis fidem affirmat. Fuſius ea, quæ mihi in mentem venere, liceat dicere. Quamvis maxima pars Eccleſiarum Italiæ ipſo Apoſtolorum tempore condita dicatur, attamen, ut notat Ughellus in Italia ſacra, ſecundi ac tertii ſeculi Epiſcopos reperire non licet; Romanorumque Epiſcoporum notitia ad nos pervenit per eos tantum Auctores, qui Catalogum in eorum Operibus contextum voluere. Chriſtiani in Evangelio vulgando toti, ac Ethnicorum Imperatorum juſſu variis pœnarum generibus addicti, deſcribenda Hiſtoria vix cogitare poterant; & cum ſacros Codices nonniſi magno labore ſervare poſſent, qui ſcripto mandata aſſervare* po-

potuissent? Omnes Libros comburere jubebantur; hinc factum est, ut nobiliorum Actorum jacturam fecerimus, quam elegantissimis carminibus luget Prudentius Hymno 1. *de Coronis. Eandem sortem expertæ sunt Galliarum Ecclesiæ. Ignoti siquidem fuissent Sancti illi, qui a prioribus temporibus Gallias incoluere, nisi Eusebius in Historia descripsisset Ecclesiarum Lugdunensis, & Viennensis Epistolam ad Orientem missam: Quam densis tenebris involvatur primum illud seculum continuo innotescet, si considerabis Irenæum obscure locutum de Decessoribus suis, ab Severo Sulpitio nequidem nominatum Turonensis Martini Decessorem, nec designatum Episcoporum numerum, qui ipsis præiverant, ac Hilarium Pictaviensem, omissis iis qui eandem Ecclesiam rexerant, Fidei ortum in Galliis adscripsisse vel Apostolis, vel eorum Discipulis. Itaque nihil magis iniquum foret, quam initia Ecclesiarum collocare circa illud seculum, cujus Historiam æquales Scriptores nobis tradiderint.* (1) Hanc ego potiore jure doctrinam Actis vetustissimorum Martyrum convenire dixerim, nihilque iniquum arbitrarer magis, quam diversa tormentorum genera, ac martyriorum qualitates illis quærere temporibus, quæ Historicæ studio artis caruerunt. Ita sensere prudentiores. Beda, quem Latini omnes, uti etiam admo-

(1) Præf. ad Tom. II. Part. I.

admonet Basnagius, (1) infinita legisse ac dignovisse sedulo fatentur: *Solent*, inquiebat, (2) *Gentiles, qui contra Ecclesiam maledicta scripsere, improperare nostris, quod non habuerint plenam fidem Dei, quia numquam montes transferre potuerint. Quibus respondendum est, non omnia scripta esse quæ in Ecclesia sunt gesta, sicut etiam de factis ipsius Christi Domini nostri Scriptura testatur.* Quum igitur non omnia scripta sint quæ prioribus illis Christianæ Reipublicæ & persequutionum Ethnicarum temporibus, gesta in Ecclesia fuere, non est cur acta quæ circumferuntur Martyrum ad ea referamus tempora, quibus nulla esse apud nostros poterat hisce in rebus diligentia. Cur namque postera de ætate soliciti homines illi essent, late videlicet receptis opinionibus illis de mox futuro mundi fine, & proxima ejus innovatione? nec enim solorum vox ea erat Pseudoapostolorum, quo Discipulos promptiores redderent suos ad propria largienda, sed aliorum etiam inter Orthodoxos præcipuorum, uti Lactantii docentis: *Id vero in tempore proximo est, quantum de numero annorum, deque signis quæ prædicta sunt a Philosophis, intelligi potest.* (3) Quas equidem de

(1) Observat. in Act. S. Cuthberti Tom. II. Lection. antiquar. Canis.
(2) Lib. III. Comment. in Marc. Cap. 11.
(3) Epitom. Divin. Instit. Cap. XI.

de senectute, & defectione, fineque Mundi, & renovatione alterius opiniones, illorum Scriptores temporum libentius amplectebantur, quod cum Platonicismo & Stoicismo, receptis ætate illa Philosophis, facile convenirent. Heinc Origenes, ex interpretatione Hieronymi, *nec dubium est*, inquiebat, (1) *quin post quædam intervalla temporum, rursus materia subsistat, & corpora fiant, & Mundi diversitas construatur, propter varias voluntates rationabilium Creaturarum, quæ post perfectam beatitudinem, usque ad finem omnium rerum paulatim ad inferiora delapsæ, tantam malitiam receperunt, ut in contrarium verterentur, dum nolunt servare principium, & incorruptam beatitudinem possidere. Nec hoc ignorandum, quod multæ rationabiles Creaturæ usque ad secundum & tertium, & quartum Mundum servent principium, nec mutationi in se locum tribuant; aliæ vero tam parum de pristino statu amissuræ sint, ut pene nihil perdidisse videantur, & nonnullæ grandi ruina in ultimum præcipitandæ sint barathrum. Novitque dispensator omnium Deus, in conditione Mundorum singulis abuti juxta meritum, & opportunitates, & caussas, quibus Mundi gubernacula sustentantur, & initantur: ut qui omnes vicerit nequitia, & penitus se terræ coæquaverit, in alio*

I Mun-

(1) Epist. ad Avit.

Mundo qui postea fabricandus est; fiat Diabolus, principium plasmationis Domini, & illudatur ei ab Angelis, qui exordii amisere virtutem. Hac in doctrina Platonicismum, ac Stoicismum vides magis, quam Christianismum, cujus tamen ope Christianismi reformatam aliquo voluisset in capite Origenes Stoicam eam de futura rerum omnium conflagratione, & innovatione, deque Mundi conversionibus Pythagoricam doctrinam; ex puro siquidem Pythagoreismo & Platonicismo sequutum inde fuisset, ut quum post magnam conversionem ad idem erga se invicem astra redita fuissent, ubi erant Socratis tempore, Socrates rursus ex eisdem nasceretur, in easdem incideret calamitates, ab Anyto accusaretur, ac Melito, damnaretur ab Areopagitico Senatu: κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, τῶν ἀστέρων ἐκ μακρᾶς περιόδου ἐλθόντων ἐπὶ τὴν αὐτὴν σχέσιν πρὸς ἀλλήλους, ὁποίαν εἶχον ἐπὶ Σωκράτους, πάλιν Σωκράτην γενέσθαι ἐκ τῶν αὐτῶν, καὶ τὰ αὐτὰ παθεῖν, κατηγορούμενον ὑπὸ Ἀνύτου καὶ Μελίτου, καὶ καταδικαζόμενον ὑπὸ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς. (1) Hanc igitur haud voluisset Adamantius Mundi renovationem, sed aliam aliqua ex parte dissimilem, cito futuram tamen, jamque imminentem, uti in Libris legimus περὶ ἀρχῶν. Alii Christianos inter Pa-

(1) Lib. Adv. Cels. III.

Patres, non Platonicum, sed diversum plane, adhuc tamen mox adventurum expectabant millenarium, quo in terris fruerentur cum Christo, e male videlicet interpretatis nonnullis Apocalypseos verbis; opinione tamen in Apollinari modo primum damnata, quod resurrecturos idem diceret, mille per annos, homines ad legem, & circumcisionem, & Sabbata servanda, ad electos, ut olim, cibos, ad novi ædificationem Templi, quodque aliis idem hetherodoxis laboraret opinionibus. (1) Hosce ante mille annos, quibus recepta adeo vulgarique in sententia renovandus erat Mundus, Antichristi proximum adventum expectabant Christiani, ipso enim solum judicato eliminatam fore dicebant Idololatriam, & cessaturum Tyrannorum adversus Ecclesiam impetum. (2) Heinc vulgatæ illæ de Antichristo notæ, quas Neroni aliqui asserebant, subductum eum fuisse, non occisum opinati: Fabulæ apud Gentiles non obscura origo; quod varius fuisset super exitu ejus rumor, pluribus eum vivere fingentibus, credentibusque, quod multi adparuerint Pseudonerones. In Insula Cythno primus; alter quem Terentium Maximum appellavere; viginti annis tertius post mortem

I 2 veri;

(1) Baron. adnot. ad Roman. Martyrol. VIII. Kal. Mart.

(2) Lactant. Lib. Divin. Instit. VII. Cap. 19.

veri ; (1) Christianis autem rediturum eum ex adventuro mox Antichristo, ex fine proximo ac renovatione Mundi, ex instante millenario semper autumantibus. In eo autem sancto, itaut dicam, Christianorum enthusiasmo, quis eosdem solicitos adeo fuisse credat, ut postera de ætate, quæ non multa, eorum sententia; esse poterat, serio cogitarent, suique Historiam temporis longe haud sequuturis Nepotibus traderent, & acta Martyrum, etiam sine sanguine, literis consignarent?

L. Accedebat illis seculis, illis in hominibus Literarum imperitia, aut politioris Literaturæ inopia, cum qua profecto Historicum stare non potest ingenium; ita olim Arnobius: *Utinam cuncta referri in scripta potuissent, quæ vel ab ipso* (Christo) *gesta sunt, vel quæ ab ejus Præconibus pari jure, ac potentia terminata. Sed neque omnia conscribi, aut in aures hominum pervenire potuerunt gesta Gentibus in ignotis, & usum nescientibus Literarum.* (2) Accedebat natura rerum describendarum, querula nimis scilicet, ac per se molesta. Ut enim vetus ille probe animadvertebat Historicus, (3) situs Gentium, varietates præliorum, clari Ducum exitus, retinent, ac

(1) Cellarius Adnot. ad Lib. de mortib. Persec.
(2) Lib. 1. adv. Gent.
(3) Tacit. Lib. Annal. IV. Cap. 33.

ac redintegrant legentium animos, non sic, qui sæva jussa, continuas accusationes, fallaces amicitias, perniciem innocentium, & easdem exitu caussas, obvia rerum similitudine, & satietate conjungunt. Duo hæc reapse, inopia scilicet Literarum, & infausta describendi tædium, in caussa fuerunt, cur etiam obscuræ sint Indicarum Ecclesiarum origines, & ignota nostrorum illa in regione facinora. Clarissimus Indicarum expeditionum Historicus Maffejus, de Fernando loquens Indicorum Episcoporum primo, qui Pontificale munus egregie præstiterat; *nec dubium*, subdit, (1) *quin multa & ab hoc Viro, & ab aliis in eo genere digna relatu & præconio gesta sint. Sed admodum raræ tum quidem in iis locis fuerunt literæ; etsi qui extant Scriptores, ii ferme Institorum peregrinationes atque commercia, & Ducum res bello gestas, & domesticas plerumque dissertationes per otium explicant; Christianæ rei (quod caput erat) progressum, & in erudienda Barbarie Piorum labores, & fortia facta, quasi ab Instituto aliena, vel omnino prætereunt, vel mira brevitate perstringunt*. En primam inopiæ monumentorum caussam, alteram in iis inveniemus etiam, qui vel priore illa minime laboraverunt; vel ipsi quippe egregio Indicarum rerum Historico, durum ni-

 mis

(1) Lib. Historiar. Indicar. X.

mis visum olim, infausta, & Ecclesiasticæ rei adversa in memoriam revocare. Ait siquidem: *Vix dum abierat Præfectura Galvanus, cum tota Molacensis res illius Viri lenitate atque consilio quam optime constituta, iisdem ferme, quibus olim de caussis in pristinos fluctus ac perturbationes cum inæstimabili detrimento Christianæ Fidei recidit. Quæ quoniam vulnera sine acerbo dolore tractari non possunt, consulto faciam, ut posthac attingam leviter, vel etiam silentio prorsus involvam. Dabit, opinor, haud gravate pius mihi Lector hanc veniam; contententus videlicet iis, quæ superioribus libris, ad id genus indicandum inviti retulimus.* (1) Itaque ea ratione, qua funesti Romanorum Annales, nihil olim, ut ait Livius, (2) præter nomina Cæsarum suggerebant, ita infaustis Christianorum temporibus, Ecclesiarum Fasti vix nuda Heroum, nuda Martyrum nomina poterant exhibere; mirumque vel nomina etiam exhibere potuisse. Vacuos invenisse se dicit Mabillonius Hispaniarum aliquando Indices Episcoporum, nec alia, nisi qua diximus de caussa, grassante nimirum vexatione Maurorum. (3) Quid quod consueta adeo, vulgaria, frequentia, immo perpetua erant illorum Elogio Marty-

(1) Lib. Histor. Indic. XI.
(2) Lib. Hist. IV.
(3) Præmon. in Revel. Eldefonf. Episcop.

tyrum tormenta, ut de iis describendis anxii non essent Christiani illi ipsi, qui laureatorum passiones Martyrum, earum singularitate acti, memoriæ Posterorum, ac Literis consignabant? Ut enim optime Librorum animadvertit Auctor Rhetoricorum ad Herennium, (1) si quas res in vita videmus parvas, usitatas, quotidianas, eas meminisse non solemus: propterea quod nulla nisi nova, aut admirabili re commovetur animus. At si quid videmus, aut audimus egregie turpe, aut honestum, inusitatum, magnum, incredibile, periculosum, id diu meminisse consuevimus. Itemque quas res ante ora videmus, aut quod recens audivimus, obliviscimur plerumque; quæ acciderunt in pueritia meminimus optime sæpe: nec hoc alia de caussa potest accidere, nisi quod usitatæ res facile memoria elabuntur, insignes & novæ manent diutius. Solis exortus, cursus, occasus, nemo admiratur, propterea quod quotidie fiunt: at eclipses Solis mirantur, quia raro accidunt; & Solis eclipses magis mirantur, quam Lunæ, quoniam hæ crebriores sunt. Docet ergo se natura, vulgari & usitata re non exsuscitari: novitate vero & insigni quodam negotio commoveri. Idem Historicis in Scriptoribus propemodum evenit. *Il arrive*

 quel-

(1) Lib. III. Cap. 22.

quelque fois, ait egregie Criticus Auctor, (1) *que les Aucteurs negligent de mettre par ecrit les choses qui se passent sous leurs yeux, parcequ' elles sont si communes, qu'il ne ne paroit pas possible que personne les puisse ignorer. C'est ainsi que Philon & Joseph, qui ont ecrit avec tant d'exactitude les merveilles du Temple de Jerusalem, n'ont pas dit un seul mot de la Piscine probatique si celebre parmi les Jufs, dont les eaux avoient la vertu de guerir les malades. Nous voyons aussi que plusieurs Ecrivains d'un Pays ont souvent passé sous silence des faits tres remarquables qui etoient arrivez, lesquels nous n'avons appris que par des Etrangers. Par exemple, si nous scavons que les Empereurs Romains avoient coutume de faire porter du feu devant eux, c'est aux Historiens Grecs a qui nous en sommes redevables, & non pas a ceux d'Italie*. Quantum autem vulgatæ, & ante omnium oculos res Martyrum præcipue sine sanguine, priori illa ætate fuissent, optime veteribus ex Patribus ostendit Fronto doctissimus his verbis: *Quod si quis ob Fidem communem carcere inclusus est, eo convolant, ut operam ferant. Nulla adeo fida custodia, quam non sibi demereant: nulla claustra adeo firma, & tuta, quæ non* *pene-*

(1) Honorat. a S. Mar. Reflex. sur les Regles de la Critique, Differtat. VIII. Art. IX. §. 1.

penetrent. Huc se conferunt alii post alios, compedes eorum, & catenas venerantur, vulnera exosculantur, fractis membris, & exhaustis corporibus refrigeria præbent, & inter illa unus Christus resonat, & Psalmi decantantur: ei Orationes statis horis offeruntur. Cumque hujusmodi pietatis officiis præsint ii, qui Sacerdotio inter alios pollent, præsint inquam, non ut imperent tantum, sed ut aliis præeant, & ipsimet adsint, illic etiam intra carceris squallorem, in tantis loci angustiis sacra faciunt, & Corporis, & Sanguinis Christi mysteria celebrantur. Quod si exilio mulctatur Fidelis, nullibi exul est: ubique enim invenit quos Fratres, & Cives suos, quos Patres, sive Filios appellare queat. Hi concursu suo eum consolantur, & ut suum complectuntur: Literis certiores facti illum pro communi Fide, pro nominis confessione affligi. Si ad metalla damnatur, quamprimum ex circumjacentibus locis conveniunt Fratres, qui juvant, qui cruciatus minuunt, qui cibos distribuunt, qui laboris fiunt participes. Et sive in ergastulis, sive in Insulis, sive in fodinis, & lapicidinis laborantes eos & afflictos videant, tantum abest, ut sortem eorum lugeant, quin potius extollunt, laudant, gratulantur. Quod si defervescente Tyrannorum ira, & subsidente tempestate, compedibus aliquando solvuntur, si liberi emittuntur, partim saucii facti & de-

debiles, partim semiustulati, & plusquam dimidii, his occurrunt alii frequentes, domibus suis certatim excipiunt, vulneribus tam gloriosis oscula figunt, pro modulo suo recreant, & quanto plures apud se possident, tanto se fœliciores prædicant. (1) Huic autem statui infrequens illa ætate adde, Ecclesias inter, Epistolicum commercium; & certissime dignosces, illorum Christianos temporum, passiones vix præcipuorum ex Coronatis Martyrum specialem ob quandam eorundem gloriam, viciniores aliquas scripsisse ad Ecclesias, abest adeo, ut de exponendis diversis vexationum generibus, quæ sustinebant inferioris ordinis Martyres, cogitarent.

LI. Prioribus porro Ecclesiæ seculis, Acta laureatorum etiam Martyrum minime requirebantur, sufficiebantque nominum Indices, seu Diptycha, quibus eorum commemoratio fieret Eucharistico in sacrificio; Verum quum auctus mirum esset in modum Christianorum numerus, frequentioresque esse cœpissent Synaxes, & ampliore cultu Martyrum inductæ essent Solemnitates, sat visa non sunt ad Anniversaria eorum, pro dignitate celebranda, quæ nuda descriptorum nomina continebant, Diptycha, sed Acta

(1) Epistol. de Vit. & morib. primor. Christianor.

Acta requiri necessario cœperunt, quæ ad solatium, & exemplum illis in Conventibus legerentur. Quum igitur eorum maxime, qui passi citra mortem fuerant, passiones conscriptæ minime fuissent; aut si mavis, quæcumque fuerant conscripta, Diocletiani Decreto combusta denique fuissent, opus fuit Literis consignare quæ Traditioni tantum nitebantur, exque Fidelium recordatione ac memoria Legendas ac Passiones concinnare Martyrum. Porro ea qua laborabant Christiani Acta Sanctorum, Legendasque describendi, & habendi libido, toto tempore efferbuit, quo crassa & supina regnavit inscitia, ab Gregorii videlicet ætate Turonensis, decimum usque ad seculum; nec minor apud Græcos fuit, quam apud Latinos; fatetur siquidem ex Gregorio Codino Siberus, (1) Theodorum, & Josephum Fratres Studitas, persequutionis imaginum ætate, in Xerocepio latuisse, Hymnosque & Canones in Martyres composuisse, quod constare etiam eorum ex Jambis ait, apud eruditissimum exstantibus Sirmondum; certum immo esse horum instinctu Fratrum, ipso in Studitarum Monasterio, mille circiter Monachos complectente, sub Theodoro Præside multos exstitisse, qui Inscriptiones in Martyres componerent, Jambosque & Epi-

(1) Præf. ad Metric. Martyrol.

Epigrammata, ex quibus ipse suum concinnavit Siberus Martyrologium Metricum; ut nempe homines per gradus ad Martyrum notitiam Studitæ illi fœliciter deducerent, quorum primus Inscriptiones erant, alter Synaxarii Lectio, sive Vita in Synaxario, brevi stylo comprehensa, tertius denique Canonis, sive novem Odarum Lectio, quas unicuique Hieromartyrum, aut illustrioribus aliis Confessoribus Ascetæ;

Et cantare pares, & respondere parati,

frequenti pro Liturgia, modulari soliti erant.

LII. Facile nimis adversus Martyrologia triumphare hoc se credunt in loco cum Doduvello nonnulli, quod multos recentioribus hisce ex Legendarum ac Passionum Auctoribus deduxerint Martyrologi Pugiles, plura compendiatim derivaverint Acta; non animadvertentes videlicet, discrimen apertissimum esse, inter passionum genera, tormentorum qualitates, Historiarum circunstantias, & ipsam rei substantiam, ipsumque essentialiter Martyrium. Belius de Valerio agens Augustino Veronensi Episcopo, suo ait in Lexico: *Il a fait entre autres Livres une Rhetorique sacrée, où il nous apprend une chose trés curieuse, qui concerne les Martyrologes.* Dein hunc

hunc in Notis ad Textum subdit : *On a inseré dans le Mercure Galant du Mois de Decembre 1695. une Lettre , qui m' a parù admirable . On y racconte que Valerio Evêque de Verone & Cardinal dans son Ovrage intitulé* De Rhetorica Christiana , *nous apprend qu' une des causes des fausses Legendes des Martyrs a eté la coutume qui s'observoit autre fois en plusieurs Monasteres d'exercer les jeunes Religieux par des amplifications Latines , qu' on leur proposoit sur le Martyr de quelque Saint , ce qui leur donnant la liberté de faire agir & parler des Tyrans , & les Saints persecutez , en la maniere , qui leur paroissoit la plus vraissemblable , leurs donnoit lieu en même temps de composer sur ces sortes de sujets des especes d'histoires bien plus complies d'ornemens & d'invention , que de verité ; mais quoique elles ne meritassent pas d'etre fort considerées , celles qui paroissoient les plus ingenieuses , & les mieux faites ne laissoient pas d'etre mises a part ; en sorte qu' après un long temps se trouvant avec les Manuscrits des Bibliotheques des Monasteres , il etoit fort difficile de discerner ces yeux d'esprit d'avec les autres legitimes , & les Histoires veritables des Saints , qui s'y conservoient . Il faut aüover cependant que ces pieux Ecrivains etoient excusables en ce que n'ayant eu d'autre dessein , que de s'exercer sur des saintes matieres , ils*

n'avoient

Epigrammata, ex quibus ipse suum concinnavit Siberus Martyrologium Metricum; ut nempe homines per gradus ad Martyrum notitiam Studitæ illi fœliciter deducerent, quorum primus Inscriptiones erant, alter Synaxarii Lectio, sive Vita in Synaxario, brevi stylo comprehensa, tertius denique Canonis, sive novem Odarum Lectio, quas unicuique Hieromartyrum, aut illustrioribus aliis Confessoribus Ascetæ;

Et cantare pares, & respondere parati,

frequenti pro Liturgia, modulari soliti erant.

LII. Facile nimis adversus Martyrologia triumphare hoc se credunt in loco cum Doduvello nonnulli, quod multos recentioribus hisce ex Legendarum ac Passionum Auctoribus deduxerint Martyrologi Pugiles, plura compendiatim derivaverint Acta; non animadvertentes videlicet, discrimen apertissimum esse, inter passionum genera, tormentorum qualitates, Historiarum circunstantias, & ipsam rei substantiam, ipsumque essentialiter Martyrium. Belius de Valerio agens Augustino Veronensi Episcopo, suo ait in Lexico: *Il a fait entre autres Livres une Rhetorique sacrée, où il nous apprend une chose très curieuse, qui concerne les Martyrologes.* Dein

hunc

hunc in Notis ad Textum subdit : *On a inseré dans le Mercure Galant du Mois de Decembre 1695. une Lettre , qui m' a parù admirable . On y raconte que Valerio Evêque de Verone & Cardinal dans son Ovrage intitulé* De Rhetorica Christiana , *nous apprend qu' une des causes des fausses Legendes des Martyrs a eté la coutume qui s'observoit autre fois en plusieurs Monasteres d'exercer les jeunes Religieux par des amplifications Latines , qu' on leur proposoit sur le Martyr de quelque Saint , ce qui leur donnant la liberté de faire agir & parler des Tyrans , & les Saints persecutez , en la maniere , qui leur paroissoit la plus vraissemblable , leurs donnoit lieu en même temps de composer sur ces sortes de sujets des especes d'histoires bien plus complies d'ornemens & d'invention , que de verité ; mais quoique elles ne meritassent pas d'etre fort considerées , celles qui paroissoient les plus ingenieuses , & les mieux faites ne laissoient pas d'etre mises a part ; en sorte qu' après un long temps se trouvant avec les Manuscrits des Bibliotheques des Monasteres , il etoit fort difficile de discerner ces yeux d'esprit d'avec les autres legitimes , & les Histoires veritables des Saints , qui s'y conservoient . Il faut aüover cependant que ces pieux Ecrivains etoient excusables en ce que n'ayant eu d'autre dessein , que de s'exercer sur des saintes matieres , ils n'avoient*

n'avoient pu prevoir la meprise qui est arrivée dans la suite, de maniere que si la Posterité s'est trompée, c'a eté plutôt l'effet de son peu de discernement, qu'une preuve de leur mauvaise intention. Il seroit difficile d'avoir la même indulgence pour le celebre Simeon Metaphraste, Auteur Grec du neuvieme Siecle, qui le premier nous a donné les Vies des Saints pour chaque jour des mois de l'année, puisqu'il est visible, qu'il n'a pu par cette raison les composer que fort serieusement, quoique cependant il les ait remplies & amplifiées des plusieurs faits imaginaires, au temoignage même de Bellarmin, qui dit assez nettement, que Metaphraste a ecrit quelqueunes de ces Vies en la maniere qu'elles ont pu etre, & non telles qu'elles ont eté effectivement.

LIII. Sed primum decepit Bælium Auctor Epistolæ *du Mercure Galant, qui lui a paru admirable*. Nec enim tale quid in Libro de Rhetorica Christiana celeberrimi Valerii reperire datum est: Quod enim aliud fuit illi consilium, nisi insigniorum exscribere fragmenta Patrum, ubi Martyres, ubi virtutes prædicant, eorum ut dicendi rationem, optimum veluti, & absolutissimum exemplar, quos instituebat Clerici imitari pergerent? In manibus omnium versantur Opera Valerii, & loca legere quisque potest, in quibus amplificationes

Pa-

Patrum, ac Figuras, res Martyrum dum ornarent, atque extollerent describit. Si autem Clericis Veronensibus Seculo sextodecimo Rhetoricen professuris, aliquas proponere Nazianzeni, Ambrosii, & Basilii Orationum partes, idem sit ac adserere, *qu' une des causes des fausses Legendes des Martyrs a eté la coutume, qui s' observoit autre fois en plusieurs Monasteres, d' exercer les jeunes Religieux par des amplifications Latines, qu' on leur proposoit sur le Martyr de quelque Saint*, aliorum esto judicium.

LIV. Dein, animadvertamus oportet, Actorum illam, quam ingeniose detexisse se glorientur Doduvellus, ac Bælius novitatem, inque circunstantiis pluribus falsitatem, minus adeo Martyrologiis officere, aut qualitati descriptorum Martyrum, ut eadem pæne, quæ scripserat Bælius, plurimos inveniantur etiam apud Scriptores Catholicos, qui Criticen & pietatem, quasi quidam periti aurigæ, componunt. Honoratus a Sancta Maria, Monachus Excalceatus, qui suam e Catholicis modo Viris Criticen hausit, hoc de iis habet, quibus de agimus, Legendis, ac Passionibus testimonium: *Les Eglises particulieres a l' exemple d' Eusebe travaillerent a recouvrer les Actes des leurs Martyrs. Il ne s' en trouva qu'un très petit nombre, qui s'etoient garantis de*

la

la fureur des dernieres perſecutions des Payens , & qui furent renouvellées dans les iruptions & les ravages des Barbares des ſiecles ſuivans. On s'appliqua en ſuite a retablir les Actes des Martyrs , qui ne ſe trouvoient plus . Mais il ne fut pas aisé d'en refaire des veritables pour etre ſubſtituez a ceux qui etoient perdus ; lorſqu'on n'avoit plus pour tout ſecours , que la memoire des vivans , & les Traditions vulgaires . Ce ne fut pas ſeulement ce qui produiſit les faux Actes a la place des veritables que l'on tachoit de repreſenter : le malheur de l'Egliſe. fut cauſe que l'on falſifia encore les vrais Actes des Martyrs, qui s'etoient retrouvez , ſous pretexte de les retoucher , & d'y ſuppléer a ce qu'on pretendoit y manquer .. Pluſieurs faiſant prevaloir l'amour des fables , & des prodiges a celui de la verité , ne ſe ſoucierent pas même d'obſerver les Epoques des temps , & des lieux qui auroient eté neceſſaires a leurs deſſeins pour y donner de la vraiſſemblance . Ils donnerent des noms a ceux qui n'en avoient pas , firent faire des Perſonages nouveax aux Saints Martyrs , inventerent des traits de cruauté , ou d'artifice dans les Juges , feignirent des diſputes , & des harangues-ſouvent mal concertées, des revelations , & des miracles en grand nombre ; ou d'autres evenemens extraordinaires publiées ſur des bruits incertains du Peuple ,

&

& peu necessaires aux Saints Martyrs. (1) Hæc autem quum tot habeantur Catholicos apud Scriptores, qui Legendas Martyrum, qui posteriorum Scriptorum Acta ornatu, & inventione potius, quam legitimis fatentur pollere factis, haud video cur Doduvellus, aut

Bællius heic partes Rhadamanthi sumat & urnas,
Ac tripode e Sacro Judex Oracula rumpat.

LV. Metaphrastes abest adeout editas illas abs se Martyrum Historias, ut vetera venditet & syncera, & synchrona Sanctissimorum Pugilum Acta, ut de interpolatione veterum eorundem Actorum, ante se frequentissima, conqueratur aperte; (2) immo & candide fateatur, plurimas se ex memoria solum, & Traditione Majorum, elucubrasse Vitas Martyrum, ac Historias. (3) Sed aperte nemo, nemo Cl. syncerius Bollando, de Actorum quæ editurus erat, qualitate ac natura pronunciavit, unde vel infimus eorum Lector argumentari facile

K va-

(1) Tom. I. Animadv. super Regul. Critic. Dissert. I. Art. III. § 2.
(2) Apud Surium, die XX. Jul. Vit. S Margarit.
(3) Caveus Hist. Liter. Scriptor. Ecclesiastic. in Metaphrast.

valeat, nolle se videri Auctores suos πάντως ἀληθεύειν. Ille quippe, enumeratis generali in Præfatione, veteribus, propriis, ac syncerissimis Actis, quæ videlicet ab Auctoribus, qui visa narrarunt, vel ab Spectatoribus acceperunt, vel ab iis audiere, quibus Spectatores narraverunt, vel ex certis aliis monumentis synchronis fuere conflata, ingenue subdit: (1) *Si quæcumque de Sanctis scripta exstant, omnia forent ejusmodi, ut ad horum quatuor graduum aliquem possent revocari, non esset mihi magnopere in eorum adstruenda probabilitate laborandum. At sunt nonnulla notæ sequioris, ut quam illis adjungi fidem æquum sit, merito ambigas. Nam neque omnium scripta olim Acta Sanctorum sunt; & quæ scripta, eorum quædam abolita, deperdita quædam, alia jam olim corrupta ac vitiata. Ipsi nonnunquam Tyranni in Tabulas referri Acta Martyrum non sunt passi; ut antea de S. Vincentii certaminibus dictum. Quandoque nemo adfuit eo vel Religionis ardore, vel doctrinæ præsidio, ut posset. Neque id solum in Actis Martyrum, sed in ceterorum rebus gestis Sanctorum locum habet. Nam plurimorum non sunt statim, atque e vita excesserunt mandata Litteris gesta, vel invidia obstrepente; vel quia non continuo vocari ce-*

pti

(1) §. II. Cap. 3.

pti in vota, & miraculis clarescere, vel quia hæc Ecclesiæ Præsides scribi ac præpropere vulgari vetuerunt, vel quia idoneus Scriptor defuit. Agit inde præclare Bollandus Martyrum de Actis, ac veterum Confessorum, multiplici de caussa deperditis, dein ita prudentissime concludit: *Hæc igitur est caussa quare multarum Vitarum nunc incerta sit fides. Primo namque quum primogenia illa Divorum Acta essent dissipata, superesset tamen nomen Sanctorum, & miraculis corruscaret, oportuit Acta eorum, aliquot, postquam e vita migrarunt, seculis, vel ex veteribus Historiis, vel quum eæ ut plurimum non exstarent, ex sola* Populi, *sed accepta a Majoribus fama describere. Verum, ut recte S. Augustinus, Tractatu* 90. *in Joannem*: Nonnunquam & Historiæ, & multo magis fama mentitur. *Necessario tamen illud comparandum præsidium est, cum aliud suppetit nihil. Sed quia fere quæ inusitata maxime admiramur, & memoria retinemus, ideo quandoque sola colligi miracula potuerunt. Sed tamen evenit sæpe, ut quod unius erat Sancti proprium, id hominum sermone, ac dein scripto communicaretur cum multis, propterea quod perquam imbecillis in plurimis vis reminiscendi, facillimeque perturbatur: quamobrem cum de Sancto quopiam quæri audiunt, & narrari nonnulla ab aliis, quæ se de Sancto aliquo*

 audis-

audisse aliquando meminerunt, huic tribuunt; præsertim cum nominum sit, quam rerum incertior, & magis fluxa recordatio, quod illorum species in animo impressæ levissimo casu perturbentur, & confundantur. Ea igitur ratione uno eodemque tempore pluribus Scriptoribus, ita popularem, quia aliud non suppetit, consulentibus famam, idem obtrudi variis locis, de variis Sanctis potest, quod uni duntaxat accidit, & ne eodem quidem quo commemorantur modo. Sunt vero ea ratione ex Populi fama plurimorum antiquorum Martyrum quæ interciderant Acta conscripta, multorum Galliæ Apostolorum, plerorumque ex jam memoratis Gentibus Sanctorum Vitæ, quemadmodum etiam (quod mirere) Italorum. Neque præter famam, quæ dicebatur manasse a Majoribus, habuerunt qui ea colligebant Viri sapientes quod sequerentur. Si quod erant, quantumvis tenue, nacti monumentum, veluti in densa caligine insperato objectum lumen, ejus ductu omnem direxerunt suæ cursum scriptionis. Quidem renatas ante Literas, obscurisque seculis, Plebium rumoribus nimium tribuebant gregales ubique Scriptores; unde nuperus & Fogginus de Romano differens Divi Petri itinere & Episcopatu, *Fabulæ*, inquit, (1) *quas decimum*

(1) Exercitat. XIX.

mum circiter Ecclesiæ seculum superstitiosa indoctorum hominum pietas divulgavit, non solum quæ verisimilia videntur, sed etiam quæ vera esse facile crediderim, adeo suspecta reddunt, ut audacter nequeant propugnari. Immo neque renatis etiam Literis, statim dici potuit hac in re satis eruta veritas, veterumque Acta Martyrum sanam videri juxta Criticen evulgata. Nempe beatorum cetera illorum Literatores temporum, optime uti Vir admonet Cl. Joannes Hieronymus Gradonicus, de Italis agens Græcanicæ Dialecti ante Guarinum non ignaris, (1) toti in restituendis eloquentiæ, & liberalium artium studiis, de veteribus tantum Græcis Romanisque aurei seculi Scriptoribus soliciti, in Historia Literaria medii ævi pæne rudes erant, nec adeo obscurorum gnari erant seculorum, minusque scire an exstarent, aut legere satagebant Opera, quæ tempus redolebant cœca Literarum oblivione damnatum, Cymmeriisque tenebris involutum. Heinc nullum aliud Legendarum licentiæ nosse videbatur remedium, quam Sanctorum, ac Martyrum Vitas ex eloquentia restituere, eoque exornare dicendi genere, quo nitidiores rerum Ethnicarum Historici suos Heroas fœliciter celebrarunt. Præterco Viven & Canum,

 cete-

(1) Epistol. ad Cardinal. Quirin.

ceterosque notissimos hujus sententiæ, illiusque ætatis Scriptores: unus in medium prodeat Leonardus Justinianus ita ad Laurentium ejus Fratrem Urbisque Venetiarum Patriarcham in Præfatione ad Vitam Beati Nicolai Myrenensis Episcopi e Græco in Latinum tralatam scribens: *Cum ætatis nostræ ingenia mecum considero Laurenti Frater, ea videlicet, quibus vetus illud, & expolitum scribendi genus in cultu est, soleo equidem Christianam gentem (si dicere fas est) non nihil infortunatam putare. Nam cum in illa tot præstantissimi fuerint in omni primaria laude Viri, ut nulla sit cum illis gentilitas comparanda, vix quisquam tamen ejusmodi Scriptorum est, qui non ipse malit Gentilium, quam Sanctorum nostrorum facta literis celebrare. Id autem cur ita fiat non certe satis intelligo. Nam cum Christianam fidem plane profiteamur, eoque censeri nomine & felicitati nobis imputemus, & laudi, quid causæ dici potest, cur aliena malimus etiam a pueris decantata, quam nostra haud satis cognita gloriose, & utiliter illustrare. Nam Metellis, Catonibus, Lycurgis, Epaminundis, ceterorumque Gentilium illustribus factis pene referta sunt omnia, nec nova indigent laude, in quibus exprimendis cum græce, tum latine summa certaverunt ingenia. At nostrorum nisi paucorum admodum jacet memoria, quorum præter nomina, nihil*

ferme

ferme celebre est. Num enim Crispos, aut Xenophontas, aut ex illa coborte quenquam vitæ, facinorumque suorum interpretem habuere? Nam ad nominis celebritatem, posteritati diutissime commendandam, quis nesciat, non tam referre, quibus quisque moribus, qua virtute, quibus rebus gestis antecellat, sed multo maxime quem factorum & laudum suarum præconem sit habiturus: unde Lyricum illud: Vixere fortes ante Agamemnona multi, ignotique longa nocte, carent quia vate sacro. Scite igitur Alexander divinitatis cupiditate incensus, statuas suas ab alio quoquam fieri, quam a Lysippo vetuit, quia illius opera ob incomparabilis artis præstantiam immortalia fore putabat. Ita non tam res ipse Scriptorem, quam Scriptor illas celebres atque longevas facit. Quod si Hieronymum, aut eloquentem alterum ceteri nostri fuissent consecuti, legerentur illi profecto, eo studio, ac voluptate, qua Paulum Eremitam legimus, & Hilarionem, quorum vitæ splendor pari ab illo verborum luce, & venustate ornatus est. Nempe Paulos & Hilariones haberemus innumeros, non eos, aut æqua cum illis felicitate, aut fortuna, ut Scriptorem eloquentissimum nanciscerentur; sed Voraginem nescio quem, aut alios indisertos è turba, quorum si fidei eloquentia par fuisset, Sanctorum nostrorum præclara facinora, non modo per vulgus, verum lon-

 ge,

ge, lateque per docta ingenia volitarent, & omnium virtutum exempla peteremus ab eis, quandoquidem millenos habemus ex nostris, quos singulis Gentilibus opponamus, nec Viros modo, sed & mulierum catervas proferamus, forti perpessas animo, quæcumque Scriptores prisci tantopere laudaverunt .... Quid igitur? improbabimus ne studium eorum, qui nostro seculo ejusmodi vigilias vigilarunt, & multorum Gentilium facta scripserunt? Non ausim id ego quidem, neque unus pluribus temere bellum indixerim, & his potissimum, quos mihi vel necessitudine studiorum, vel officiorum communi intercessione conjunctos puto. Ceterum pertinax affirmarim, præstitisse nostrorum, quam alienas vitas conscribere: aut si alienæ scribendæ fuerint, non debuisse nostras omitti. Quis hoc non videat in testimonio Christianam hominis pietatem, prudenti tamen & sagaci satis consilio quodamodo destitutam? Quid enim profuisset, ætatis ejus ingenia, quibus elegans & expolitum dicendi genus in cultu erat, veterum gesta Sanctorum, sine tamen aliquo antiquitatis testimonio, perpolito stylo celebrare perrexisse? exornata scilicet haberemus verba, nitidasque phrases, præterea nihil. Interim veniam ita cogitantibus facile tribuendam remur, quod renatas ante Literas nulli prope exstitissent sat ecclesiasticis in Antiquitatibus exercitati Viri, qui Sancto-

ctorum quod gloriæ & Martyrum merito debebatur, fideliter reddidissent; fatendumque, exacta quoque Barbarie, nondum ea patuisse monumenta, quæ de rebus hisce majori cum fide Posteros erudirent, unde in solo Eusebio, aut Nicephoro, aut in recentioribus minoris notæ Scriptoribus, videretur acquiescendum. Verum quod fœlix faustumque fuit, totique tandem bene vertit Christianorum Reipublicæ, eruta inque lucem protracta demum sunt plura monumenta, barbara illa quidem, vetustatem tamen aliquam redolentia, quibus Ecclesiastica Historia, resque præcipue Sanctorum ac Martyrum melioribus auspiciis dignoscerentur. Hanc præ ceteris adtulere lucem insignes illi gloriæ Sanctorum Statores, Socii videlicet Bollandiani, hoc ipso nomine æternitatem promeriti, quod quicquid occultum hactenus fuerat, e tenebris stupendo labore provocassent. Quam etenim, quæso, uti vel inter Protestantes Cl. Siberus ait, (1) quam in omni Europa Gentem, quam Urbem, Ecclesiam, Monasterium, Cryptam, extremumque angulum nominabis, quem ipsi non adierint, subierint, penetrarint, ut hisce ignotis ante hac Martyrum divitiis, orbem, quasi postliminio locupletarent? Eorum igitur ope plurium Acta Martyrum hodie possidemus; quæ tamen etiamsi à seculis

(1) Præfat. ad Martyrolog. Metric.

culis conscripta, haud synchrona tamen sunt, neque uti synchrona, uti omnino certa vendidantur. Quum enim Conlectores illi, ubique quod probos decebat Viros præstitissent, fidemque juxta leges suas sancte coluissent, heinc apertissime monuerunt, sat posteriore post Martyria tempore, fuisse, quæ mox edituri erant, Sanctorum Acta concinnata. Habes jam adductum ex Bollando uberrimum testimonium, en Socii Janningi haud minus apertum in Apologia præliminari pro Actis Sanctorum: *Leguntur*, inquit, (1) *Sanctorum Acta tametsi non in omnibus probata, imo in multis manifeste falsa. Non enim solum ad imitationem sui allicit quod reipsa præclare factum est, verum etiam quod potest præclare factum fuisse.* Post ingenuam adeo protestationem, post infinita alia hunc in sensum Catholicis ab Agiologis prænotata, post ea quæ de Legendis, ac Historiis Martyrum, quæ Vulgi manibus teruntur, dixere Molanus, Launojus, Bailletus, Tillemontius, Papebrochius, Mabillonius, notissimi Auctores, eant Doduvellus & Bælius, eant ceteri Protestantes, & Catholicam partem, apud imperitos gregis sui Populares, veluti sine luce, sine critice cœcutientem dehonestent.

LVI. Verum, inquient, si vel ex Agiologorum testimonio, plurimorum Acto-rum

(1) T. I. Junii. Amic. Expostul. n. 59.

rum est incerta nunc fides, cur recentiorum Auctores Martyrologiorum illis ex Actis, illis ex Historiis, suas locupletarunt Conlectiones? Ast in promptu responsum est; quod scilicet Passionis genus, tormentorum qualitates, martyrii circumstantias distinguendas esse duxerunt martyrii ab substantia, ab ipsommet essentialiter martyrio; quod Jambos illos, Lectiones, & Canones, Legendas, Historias, ac Martyrum Acta, de nihilo fieri non potuisse animadverterunt, verum potius contexta crediderunt, praeconcepto Descriptorum in eisdem certissimo Martyrio; eorumque nudo saltem nomine Ecclesiarum in Diptychis, in Catalogis Martyrum exstante: unde non falso inventi Martyres, aut ex Sanctis nullimode Martyribus facti Martyres crederentur; [nempe soli Martyres sive cum sanguine, sive sine sanguine, in illorum Syllabis continebantur temporum], sed solum suspicari jure possent, superadditas passionum qualitates, superaddita tormentorum genera; neque multiplicati censeri possent, aut inde duplicati Martyres, sed multiplicata, aut duplicata, ut ita dicam, forent Martyris modo ejusdem aliquando Acta, uti reapse Agiologorum in Conlectionibus repertum; heinc, quum, vel juxta severiores Critices artis leges, dissensus, errorque in circunstantiis nullum facere possit Historicae veritati praejudicium,

recte consequi Martyrologi recentiores arbitrati sunt, descriptos posterioribus in Historiis, haustosque ex Traditionibus Martyres, veros habendos esse, etsi fortasse non coronatos, sed sine sanguine tantum, aut sine toto sanguine, Martyres. Et novum quidem, inauditum, ac paradoxum in medium me hoc adducere existimabunt in loco, qui prima, ut ajunt, ex specie de rebus solent, ac de Thesibus judicare. Verum hi si animadvertant, interpretationem hanc meam, doctissimorum ubique Virorum agendi rationi inhærere, pervium erit eos, ab præcipiti se sententia dimovere. Quid enim aliud agit in præsens universa Eruditorum ac Criticorum populosissima natio, quam veterum fabulas temporum ita ad Historiam revocare, ut precisis additamentis ac circunstantiis, cetera cum veritate coire posse contendant; unde substantiam rerum, & factorum, ipsi etiam, ut ajunt, essentiam, ab ornatu, & adjectis distingui debere præcipiant? Differunt illi quotidie de mythico, de obscuro differunt tempore, utrumque ab historico longe differre consentiunt; & tamen non obscuræ modo, sed mythicæ etiam ætatis Scriptores in deliciis habent, illis ad Sacrorum Bibliorum historiam illustrandam utuntur, eos in subsidium advocant ad chronologiam sacram, ad sacram illustrandam geographiam, quod certissime

tissime credant, non de nihilo fabulas illas fuisse confictas, non omnia in illis esse Poëtica, sed illarum sub involucris fabularum, sub Mythologiæ cortice, veras latitare hominum antiquissimorum historias, generationes, & facta, quæ enucleari inde fœliciter possint. Cur vero levioribus quibusdam Criticis, eruendæ veritatis obtentu, curæ adeo erit prophanarum honor fabularum, cur essentiæ rerum, quam continent, nihil officere clamabunt arbitraria quæque additamenta; Scriptis verò Christianam pertinentibus ad Rempublicam, pœnam, adversus Fures exercitam, velint inflictam, qui videlicet in facto deprehensi, & iis spoliantur, quæ furabantur, & suis: unde ob exstrinseca nonnulla, sine dolo malo, veritati historicæ in eisdem adjecta, vel ipsa rerum latens essentia, inter mendacia computetur? Ut igitur errat, qui toti fabulæ credit, non qui in ipsa contentam eruderare satagit veritatem: ita erraret, qui additamenta omnia, omnes veras esse diceret circunstantias in Actis Martyrum scriptas, haud vero, qui ab generibus passionum, ab qualitatibus abstrahens tormentorum, veros adhuc adfirmaret in illis describi quamvis interpolatis elucubrationibus Martyres.

LVII. Popularibus equidem de Traditionibus si loquamur, ortum habebant profecto illæ ab aliqua veritate, sive ab Eccle-

sia-

siastica certissima Traditione, potueruntque, aliquo saltem tempore, immunes ab interpolatione servari. Verum, quod fluminum aquis accidere solet, quæ pro soli, unde fluunt natura, vario imbuuntur sapore, ita quod tales demum non sint, quales a fonte manarunt; id narrationibus hujusmodi accidisse facile deprehenderet, qui rerum fontes gustare valeret; incruentorum scilicet Acta Martyrum, si exstitissent. Verum optime olim Vates:

Sors prima vitæ vincere, & altera
Hymnis merentem grandiloquis cani;
Utrumque nactus, tempora ingens
Siderea relegat corona.

Hoc autem erga beatos Christi Pugiles profecto minus actum, sed solum nuda eorum nomina, millies uti diximus, Ecclesiarum in Diptychis conscripta; reliqua vero, circunstantiæ videlicet, & genera passionum, recordationi fuerunt hominum, eorumque interpretationi relicta. Sancti Patres, & Ecclesiæ Antistites, toti in intactis servandis Traditionibus Divinis & Apostolicis, toti in disputationibus adversus Hetherodoxos, toti in moribus Plebium, superstitionum adhuc ethnicarum contagione vitiatis, quas non fuerat tam promptum uno ictu resecare, reformandis, Historias Martyrum,

&

& Gestorum narrationem, sine dolo malo credulæ Fidelium pietati relinquebant, qui ambiguas voces *Martyr*, *Natalis*, *Passio* pressiore modo, pro indocta temporum barbarie, interpretati, monumentorum ob inopiam corrigi non poterant, neque fortasse merebantur, intacta remanente rerum, scilicet Martyrii, substantia; sive enim qui venerabantur coronati fuissent, sive non coronati; veri tamen adhuc erant omnes, ac proprie dici merebantur Martyres. Itaque nil proclive magis, quam receptas sequiori demum ætate Traditiones populares, & eorum frequentem particularibus in Ecclesiis usum, falsas aliquibus in circunstantiis, ac in generibus Passionum inducere debuisse Martyrum Historias, illisque popularibus e Traditionibus citra mortem passos olim Christianos, versos fuisse in Martyres coronatos.

LVIII. Sane pace Ecclesiæ concessa, & remotiori ab persequutionum impetu ætate, Passionum illi ac Legendarum Auctores jure ac merito existimare videbantur, decantatos illos, quorum nuda nomina Ecclesiarum in Diptychis legebantur Martyres, consumato fuisse Martyrio coronatos. Jam enim vulgata ac receptissima apud Posteros opinio erat, primores illos Ethnicis sub Tyrannis Christianos, tanto arsisse Martyrii desiderio, ut eos Deus ipse vivos in pulvere

crudo

crudo aluisse videretur, nudæque modos virtutis & iræ ingenerasse;

vigor inde animis, & mortis honoræ
Dulce sacrum;

Indubium credebatur, gavisos olim fuisse natorum in fata Parentes, hortatosque pro Fide mori,

coronato contentam funere Matrem.

Liberum immo cuicumque, Principibus sub Christianis erat, Ethnicorum Cæsarum adversus Christi gregem admirari, & memorare maxime sævitiam. Vulgatum erat, nostros, turmatim, & quasi jure belli, & adversus Legum præscripta, horribilibus, extraordinariisque tormentis pene semper interfectos: recordabantur omnes, ab Nerone dure adeo, & crudeliter habitos fuisse Christianos, ut fuissent ipsis *pereuntibus addita ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque ubi dies interiret, in usum nocturni luminis urerentur*. (1) Indubium, & notissimum erat, immitibus sub Principibus, nova, inusitata, & immania cruciatuum genera fuisse excogitata, & nunquam antea auditis tormentis sontes Ethnicos

(1) Tacit. Lib. Annal. XV. Cap. 4.

cos etiam cruciatos , antequam illatam ad mortem pervenire potuissent. Fuse crudelissimis illis de lanienis , ac barbaris carnificinis egit Imperatorum in Vita Suetonius . Quotiescumque igitur aliqua certum erat in Ecclesia , nonnullis , persequutionum tempore, suis Popularibus fuisse oculos dextros, Relligionis caussa , erutos , aut sinistros poplites debilitatos candenti ferro , aut suis eos membris mutilatos, jure quasi argumentari videbantur , ii quibus de agimus Posteri , si quando debilitatorum hujusmodi nomina in Diptychis invenirent Martyrum , fuisse eos, uti damnatis in Gentilibus , illas post lanienas , moris erat evenire , ad mortem etiam, consumatumque tandem ad martyrium destinatos . Quid igitur mirum , si universos ejusmodi ex carnificinis citra mortem olim passos Christianos , seriori demum ætate , crassæque inscitiæ tempore , Vulgus & Ecclesiasticæ Plebes appellaverint simpliciter Martyres , quum eosdem immitia illa post tormenta , pia simplicitate quadam , & innocua quadam gestorum ignorantia , certe sine dolo malo, fuisse reipsa crediderint coronatos ? Heinc lux quæstioni nonnullis super actis Martyrum adfulget . Aliquorum nempe judicio Sapientum , syncera, vetera, vera , & synchrona Martyrum Acta extraordinariis carere debent tormentis . Hoc effatum ab facto & veritate plurimum distare

 opti-

optimis ex monumentis aliqui demonſtrant. (1) Aſt per nos verum eſto. Haud inde ſequitur tamen, Acta illa, in quibus extraordinaria omnino ante mortem narrantur tormenta, fuiſſe de nihilo concinnata, verum potius interpolata ex Traditione fuiſſe eadem ſequioribus ſeculis conſcripta; recentioreſque eorum Auctores martyrio mutilationis, debilitationis, ſimiliumque lanienarum addidiſſe martyrium mortis, icirco pia quadam ſimplicitate, non fraude, ex Martyribus citra mortem paſſis feciſſe Martyres conſumatos.

LIX. Immo illa ſi reſpicimus ad tempora, quibus vulgares illæ Traditiones, Chriſtianas apud Plebes pro ſeculi more ac ingenio, obtinebant, plurima ſtatim inveniemus, innocua quidem per ſe, fortaſſe etiam honeſta, quæ per accidens, itaut dicam, tamen, utique, ſine dolo, uti dicebam, malo, opinionem illam coronatis de Martyribus, ſive tranſmutationem illam ex Martyribus ſine ſanguine, aut ſine toto ſanguine, in Martyres conſumatos fovere videbantur, unde jure poſſint ac merito poſteriores Paſſionum Auctores excuſari errantes, & cenſeri venia digni. Fuere illa, aut ego fallor, ipſa cultus Martyrum adminicula, Agapes videlicet, ac Homiliæ, & Panegyricæ laudes,

(1) Honorat. a S. Mar. Animadv. in Regul. & Uſ. Critic. T. I. Diſſert. IV. Part. II. Art. 7.

des, Hymni, Carmina Martyrum in honorem contexta, ratio Liturgiæ, cetera denique hujusmodi, quæ, salva rerum substantia, vera scilicet Martyrum qualitate, falsas inducere potuerunt tamen, de genere passionis aliquorum, de genere tormentorum Historias. Dum enim nonnulli, suas ut Commissationes Martyrûm ad Sepulcra frequentiores efficerent, Martyribus etiam sine sanguine, (quod solorum proprium erat Martyrum consumatorum) subitos Sarcophagos exstruunt; (1) perguntque

Et tumulum facere, & tumulo superaddere carmen;

dum sacri Vates exhuberante frequens vena, quæ per ora Virûm de Martyribus ferebantur, quotidie in majus extollunt; dum nonnulli pro recepto Historicorum reliquorum more Heroas suos loquentes inducunt, eisque orationes affingunt, quas verisimile videbatur ab ipsis aut dictas, aut dicendas fuisse; dum suis Patres in Sermonibus ad Populum, aut catachresi, aut (quod acceptum modo velim, ac veluti si

Egregio inspersos reprehendam corpore nævos)

L 2 ali-

(1) S. Zeno Veron. Episc. Tract. XV. Lib. I.

aliquibus Apocryphis utuntur; (1) dum figurata usi dicendi ratione, quæ sæpe dicentem in amplificationes exaggerationesque compellit, aut vividiore, quo possunt, penicillo Martyrum tormenta explicantes, Laudatores facti, Historici esse omnino desinunt; (2) [nec enim omnes, qui Homilias ad Populum Episcopi habebant Basilius, Ambrosius, Augustinus, aut Chrysostomus pares erant, aut similem fortasse possidebant prudenti cum sobrietate facundiam, sed verum, illis profecto seculis, quæ adnoto scriptum antea fuerat de Oratoribus in Dialogo, formas videlicet dicendi cum temporibus mutari: contemtum bonarum artium, & tranquillitatem temporum potissimas esse corruptæ eloquentiæ caussas]; dum esse scientes se Præsules sapientibus & insipientibus debitores factos narrationibus illis cruentis, Populum innocue allicere student, qui non tam gravem sæpe ac disertum, quam admirabilem & acutum quærit Oratorem; dum recte etiam pronunciata a Patribus, pessime ab Auditoribus interpretantur, aut præcipiti latentium Notariorum festinatione, & ambiguis loquentium celeritatem compendio æquantibus notis, haud recte excipiuntur; aut

(1) Editor. Veronens. S. Zenon. in not. ad Tractat. VIII. Lib. I.

(2) Honorat. a S. Mar. Animadv. in Regul. Critic. Dissert. IV. Art. 4.

aut quæ ipsi in usum Sermonum Episcopi, veluti αὐτοσχεδιάσματα in Schedulis fortasse reliquerant, ab aliis post mortem interpolata, aut aucta, aut immutata eduntur, & emmittuntur in vulgus; (1) dum nativus germanusque Actorum stylus, rudis utpote, ab Editoribus in politiorem mutatur, unde quædam haud rite intellecta, alium vertuntur in sensum, contingitque illis, quod, adnotante Magno Basilio, evenire Pictoribus solet, qui Ζωγράφοι ἐπειδὰν ἐξ εἰκόνων μεταγράφωσι τὰς εἰκόνας, πλεῖστον, ὡς εἰκὸς, τοῦ ἀρχετύπου ἀπολιμπάνονται; cum ex imaginibus imagines depingunt, a prima, uti necesse est, forma ut plurimum recedunt; (2) dum quisque suo captu rem delibat, & suo consulens palato, alterum gustu suo privat; dum antiquis in Codicibus non semel pii quidem, sed indocti Viri, quæ sibi vera esse videbantur, etiamsi falsa Eruditioribus fuissent, in margine scribere non dubitant, atque hujusmodi ex Codicibus alios, Exscriptores quidam imperiti dum describerent, quæ in margine primum erant, ipsam in narrationem inferunt, unde postmodum sequuta ætas omnia illa confusa, nullo prævio examine, suas in Conlectiones referens, errare doctos etiam cogit melioribus Codici-

 bus

(1) Paulus Galeard. Not. ad Præf. S. Gaudent. Brix.

(2) Rosvveid. Præf. ad Acta SS. Tom. I. §. 6.

bus destitutos ; (1) dum nullò aliquando exstante peculiari alicujus Martyris Officio, vel prosa is, vel carmine communi, in Liturgia celebratur ; (2) dum Græci sua ad Menæa jambos atque Odas, Latini suos ad Martyrologia addunt Commentarios, (3) vim magis magisque accipiunt deceptorum ambiguo *Martyris*, & *Natalis*, & *Passionis* ab nomine Vulgares hominum Traditiones, & consumati Martyres a Plebe facile creduntur, qui veri quidem, sed solum fuerant sine sanguine, aut sine tòto sanguine Martyres.

LX. Sed nullo, ut quod verum arbitror fatear, ex capite, veritati magis additum existimo, sive nulla de caussa magis suspicor laureatos creditos, qui sine sanguine tantum erant Martyres, quam ex arbitrariis eorum Imaginibus imperiti Vulgus oculo subjectis; Postquam enim inductæ fuerunt in Ecclesia Picturæ, & cum Picturis

Arte laboratæ vestes, ostroque superbo,
Ingens argentum mensis, cælataque in auro
Fortia facta Patrum, series longissima rerum
Per tot ducta Viros antiquæ ab origine Gentis,

usi

(1) Joan. Marangon. Præf. Differt. ad Act. S. Victorin. Episc. Amitern.

(2) Caveus Differt. II. in Appendic. ad Histor. Liter. Scriptor. Ecclesiastic.

(3) Launojus Judic. de Controvers. super exscribend. Parisiens. Martyrolog.

usi sunt illarum Imaginum Artifices necessaria pene dixerim licentia . Quum enim eos etiam , qui fuerant tantum Elogio Martyres, uti veros tamen repræsentare voluissent Martyres , heinc aliquibus usi sunt , communibus tamen nimis ac ambiguitate laborantibus Symbolis , puta quum utriusque generis Martyres cum palma in manibus pingerent , unde ignarum Historiæ Vulgus illorum in interpretatione de facili erraret . Tormentorum ubique instrumenta in manibus Martyrum prostant , multosque videmus in suppliciis exspirantes : eaque ad Spectatorum animos potius commovendos , ad Artificis virtutem potius , quam ad Historiam exprimendam . Quare quum nulla ejusmodi sub Imaginibus aliquando locata sit idonea Inscriptio , rudis heinc Spectator , qui oculos & animum pictura pascit inani , pergit intra se de Martyre , cujus expressos , licet ex arbitrio , videt cruciatus , dicere :

Sic oculos , sic ille manus , sic ora ferebat ;

imperitorumque in sententia , etiamsi fortasse fuerit elogio tantum Martyr , statim creditur laureatus . Difficile autem nimis illos sine sanguine Martyres penicillo satis exprimere . Quot enim pingere necessum fuisset solum ambulantes cum Meliboei verbis in Epigraphe :

 Nos

Nos Patriæ fines, & dulcia linquimus arva,
Nos Patriam fugimus ?

Necessum fuit igitur, placuitque magis arti, ingeniosioribus, Vulgo licet perperam intellectis, uti hieroglyphicis. Exemplum præsto est in Martyribus, juxta Picturas aliquas, manu Capita gestantibus. Quod enim aliud fuit illarum Auctoribus Imaginum consilium, quam sensum imitari Patrum, qui, oratoria similitudine ac emphasi, suis in Sermonibus dixerant, quod ea ratione, qua strenui Milites vulnera sibi in præliis inflicta Imperatori ostendentes suo, fidentes inde, & onusti gloria loquuntur: ita & Martyres, abscecta in manibus Capita gestantes, & in medium adferentes, quæcumque voluerint apud Regem Cælorum impetrare contendunt? (1) sicut & de Virgine sanctissima dicimus, quod ubera monstret Filio, & de Christo, quod ostentet vulnera Patri. Aut quod aliud fuit illarum Auctoribus Imaginum consilium, quam ita depictos Martyres, tacita veluti voce, hisce Spectatorem alloquentes inducere: Videte Capita nostra; Fides, & Charitas Christi nos coëgit ut ea desecari voluerimus: Ecce Capita nostra in manibus nostris sunt, neque capillus capitis nostri peribit; aut similia? Verum num-

(1) S. Joann. Chrysost. Homil. in Juventin. & Maxim.

numquam natus fuit Symbola probe intelligere Populus. Itaque sic omnes, quod gladio cecidissent, exhibitos ab Pictoribus, aut Statuariis Martyres, Capita sua, post Martyrium, multa per spatia, manibus reapse gestasse est arbitratus; quod etiamsi nonnullis divinitus tributum concedamus, haud de omnibus certum tamen illa forma (quod est frequentissimum) expressis. *Hac specie*, inquiunt doctissimi Bollandiani, (1) *omnibus fere per Gallias Martyribus capite truncatis communi, non arbitramur, ex prima ejus institutione, aliud fuisse designatum, quam quo mortis genere suum illi certamen consummarunt: quod tamen Posteri traxerunt in occasionem Traditionis, quasi suum illi caput manibus sublatum post mortem portarint. An autem Sanctis hic indicatis, ac nominatim Sanctæ Solangiæ id ipsum vere contigerit, nostrum non est definire: solum possumus hic requirere majorem antiquioremque id asserentium auctoritatem, de ceteris vero opinari uni aut alteri fortassis accidisse, quod ad innumeros alios, exemplo ab Imaginibus sumpto, plebeja credulitas transtulit.* Et de Saturnino differens Papebrochius, quem Miræus ac Colvenerius conabantur exemplis indicare pluribus, proprium post mortem sustulisse caput, hæc subdit: *Sed*

(1) Act. SS. Tom. II. Maji. Die X. Adnot. ad Vit. S. Solang.

Sed eorum pleraque , ut sæpius indicavimus, suspecta nobis sunt, ne in eam de talibus opinionem venerint homines simplices , eo quod capite minuti Martyres sæpe a Pictoribus , sæpius a Statuariis (in Gallia præsertim , ubi abundant exempla) soliti fuerint repræsentare , tenentes ante pectus præcisum Caput, uti pingi solet S. Agatha cum mamillis , S. Apollonia cum dentibus . (1) Simili autem solet levitate major Hominum pars de omnibus pene sacrarum Imaginum Symbolis judicare; haud enim sat Popularibus adnota Molani admonitio : *Sicut in Parabolis* , inquit Vir admirabilis, (2) *quædam adjiciuntur non ad significationem , sed tantum ad ornatum , & perfectionem ipsius Parabolæ : sic in Picturis multa rectissime apponuntur , non significandi quidem causa , sed ad complementum & debitum ornatum ipsius Imaginis . Quis enim nesciat , quod Pictores dum certa forma Martyrum facies exprimunt , & staturam , & vestitum , rarissimè , imo numquam , nisi hoc ex historia , aut Traditione habeant , significare velint hujusmodi esse Martyrum effigiem , staturam , aut vestitum : sed Imago ipsa Martyrem repræsentat : reliqua juxta exigentiam artis , debite & convenienter appinguntur , & non sunt anxio conatu per singula investiganda* . Heinc etiam Me-

(1) Act. SS. Tom. I. Jun. Die IV. p. 403.
(2) Lib. De Pictur. & Imaginib. sacr. Cap. XIV.

Menagius: *La raison*, inquit, (1) *pourquoi les Saints qui ont etè decapitez, sont representez portant leurs tetes dans leurs mains, n'est pas qu' ils les aïent reçues; comme le peuple mal instruit se l'imagine; c'est qu'on nous a voulu marquer par là le genre de mort qu' ils avoient souffert, & que le trone seul d'un corps auroit trop choquè la vûe.* Expers igitur præceptorum hujusmodi Vulgus, ex non recte etiam intellectis Imaginum Symbolis, quæ ex arte, ex arbitrio Artificum, aut ex Martyrum adparitione potius, quam ex historia, aut vera Traditione sunt sæpissime derivata & expressa, pergit tamen, non tam de Martyrum effigie, statura, ac vestitu, quam de qualitate passionum, de tormentorum genere definire, innumerosque videre se arbitratur consumati Martyrii Pugiles; qui vero quidem, sed inchoato tantum & designato claruerant Martyrio.

LXI. Videtur hæc omnia fateri, suo licet ipse modulo, Doduvellus, qui quum, initio Dissertationis de Martyrum paucitate, δεκάδων ὑπόθεσιν, ad Christianorum diligentiam in Actis Martyrum conscribendis ostendendam dixisset, accessisse præterea festam illam Commemorationis sollemnitatem, cum annis seculisque redeuntibus ipsam quoque redeuntem, accessisse Homilias & Panegyricos,

(1) In. Menagian. Tom. IV. pag. 103.

optimis ex monumentis aliqui demonſtrant. (1) Aſt per nos verum eſto. Haud inde ſequitur tamen, Acta illa, in quibus extraordinaria omnino ante mortem narrantur tormenta, fuiſſe de nihilo concinnata, verum potius interpolata ex Traditione fuiſſe eadem ſequioribus ſeculis conſcripta; recentioreſque eorum Auctores martyrio mutilationis, debilitationis, ſimiliumque lanienarum addidiſſe martyrium mortis, icirco pia quadam ſimplicitate, non fraude, ex Martyribus citra mortem paſſis feciſſe Martyres conſumatos.

LIX. Immo illa ſi reſpicimus ad tempora, quibus vulgares illæ Traditiones, Chriſtianas apud Plebes pro ſeculi more ac ingenio, obtinebant, plurima ſtatim inveniemus, innocua quidem per ſe, fortaſſe etiam honeſta, quæ per accidens, itaut dicam, tamen, utique, ſine dolo, uti dicebam, malo, opinionem illam coronatis de Martyribus, ſive tranſmutationem illam ex Martyribus ſine ſanguine, aut ſine toto ſanguine, in Martyres conſumatos fovere videbantur, unde jure poſſint ac merito poſteriores Paſſionum Auctores excuſari errantes, & cenſeri venia digni. Fuere illa, aut ego fallor, ipſa cultus Martyrum adminicula, Agapes videlicet, ac Homiliæ, & Panegyricæ laudes,

(1) Honorat. a S. Mar. Animadv. in Regul. & Uſ. Critic. T. I. Differt. IV. Part. II. Art. 7.

des, Hymni, Carmina Martyrum in honorem contexta, ratio Liturgiæ, cetera denique hujusmodi, quæ, salva rerum substantia, vera scilicet Martyrum qualitate, falsas inducere potuerunt tamen, de genere passionis aliquorum, de genere tormentorum Historias. Dum enim nonnulli, suas ut Commissationes Martyrum ad Sepulcra frequentiores efficerent, Martyribus etiam sine sanguine; (quod solorum proprium erat Martyrum consumatorum) subitos Sarcophagos exstruunt; (1) perguntque

Et tumulum facere, & tumulo superaddere carmen;

dum sacri Vates exhuberante frequens vena, quæ per ora Virûm de Martyribus ferebantur, quotidie in majus extollunt; dum nonnulli pro recepto Historicorum reliquorum more Heroas suos loquentes inducunt, eisque orationes affingunt, quas verisimile videbatur ab ipsis aut dictas, aut dicendas fuisse; dum suis Patres in Sermonibus ad Populum, aut catachresi, aut (quod acceptum modo velim, ac veluti si

Egregio inspersos reprehendam corpore nævos)

L 2 ali-

(1) S. Zeno Veron. Episc. Tract. XV. Lib. I.

aliquibus Apocryphis utuntur; (1) dum figurata usi dicendi ratione, quæ sæpe dicentem in amplificationes exaggerationesque compellit, aut vividiore, quo possunt, penicillo Martyrum tormenta explicantes, Laudatores facti, Historici esse omnino desinunt; (2) [nec enim omnes, qui Homilias ad Populum Episcopi habebant Basiliis, Ambrosiis, Augustinis, aut Chrysostomis pares erant, aut similem fortasse possidebant prudenti cum sobrietate facundiam, sed verum, illis profecto seculis, quæ adnoto scriptum antea fuerat de Oratoribus in Dialogo, formas videlicet dicendi cum temporibus mutari: contemtum bonarum artium, & tranquillitatem temporum potissimas esse corruptæ eloquentiæ caussas]; dum esse scientes se Præsules sapientibus & insipientibus debitores factos, narrationibus illis cruentis, Populum innocue allicere student, qui non tam gravem sæpe ac disertum, quam admirabilem & acutum quærit Oratorem; dum recte etiam pronunciata a Patribus, pessime ab Auditoribus interpretantur, aut præcipiti latentium Notariorum festinatione, & ambiguis loquentium celeritatem compendio æquantibus notis, haud recte excipiuntur; aut

(1) Editor. Veronens. S. Zenon. in not. ad Tractat. VIII. Lib. I.

(2) Honorat. a S. Mar. Animadv. in Regul. Critic. Dissert. IV. Art. 4.

aut quæ ipsi in usum Sermonum Episcopi, veluti αὐτοσχεδιάσματα in Schedulis fortasse reliquerant, ab aliis post mortem interpolata, aut aucta, aut immutata eduntur, & emmittuntur in vulgus; (1) dum nativus germanusque Actorum stylus, rudis utpote, ab Editoribus in politiorem mutatur, unde quædam haud rite intellecta, alium vertuntur in sensum, contingitque illis, quod, adnotante Magno Basilio, evenire Pictoribus solet, qui Ζωγράφοι ἐπειδὰν ἐξ εἰκόνων μεταγράφωσι τὰς εἰκόνας, πλεῖστον, ὡς εἰκὸς τοῦ ἀρχετύπου ἀπολιμπάνονται; cum ex imaginibus imagines depingunt, a prima, uti necesse est, forma ut plurimum recedunt; (2) dum quisque suo captu rem delibat, & suo consulens palato, alterum gustu suo privat; dum antiquis in Codicibus non semel pii quidem, sed indocti Viri, quæ sibi vera esse videbantur, etiamsi falsa Eruditioribus fuissent, in margine scribere non dubitant, atque hujusmodi ex Codicibus alios Exscriptores quidam imperiti dum describerent, quæ in margine primum erant, ipsam in narrationem inferunt, unde postmodum sequuta etas omnia illa confusa, nullo prævio examine, suas in Conlectiones referens, errare doctos etiam cogit melioribus Codici-

 bus

(1) Paulus Galeard. Not. ad Præf. S. Gaudent. Brix.

(2) Rosvveid. Præf. ad Acta SS. Tom. I. §. 6.

bus destitutos ; (1) dum nullo aliquando exstante peculiari alicujus Martyris Officio, vel prosa is, vel carmine communi, in Liturgia celebratur ; (2) dum Græci sua ad Menæa jambos atque Odas, Latini suos ad Martyrologia addunt Commentarios, (3) vim magis magisque accipiunt deceptorum ambiguo *Martyris*, *&* *Natalis*, *&* *Passionis* ab nomine Vulgares hominum Traditiones, & consumati Martyres a Plebe facile creduntur, qui veri quidem, sed solum fuerant sine sanguine, aut sine toto sanguine Martyres.

LX. Sed nullo, ut quod verum arbitror fatear, ex capite, veritati magis additum existimo, sive nulla de caussa magis, suspicor laureatos creditos, qui sine sanguine tantum erant Martyres, quam ex arbitrariis eorum Imaginibus imperiti Vulgus oculo subjectis; Postquam enim inductæ fuerunt in Ecclesia Picturæ, & cum Picturis

Arte laboratæ vestes, ostroque superbo,
Ingens argentum mensis, cælataque in auro
Fortia facta Patrum, series longissima rerum
Per tot ducta Viros antiquæ ab origine Gentis,

usi

(1) Joan. Marangon. Præf. Differt. ad Act. S. Victorin. Episc. Amitern.
(2) Caveus Differt. II. in Appendic. ad Histor. Liter. Scriptor. Ecclesiastic.
(3) Launojus Judic. de Controvers. super exscribend. Parisiens. Martyrolog.

usi sunt illarum Imaginum Artifices necessaria pene dixerim licentia. Quum enim eos etiam, qui fuerant tantum Elogio Martyres, uti veros tamen repræsentare voluissent Martyres, heinc aliquibus usi sunt, communibus tamen nimis ac ambiguitate laborantibus Symbolis, puta quum utriusque generis Martyres cum palma in manibus pingerent, unde ignarum Historiæ Vulgus illorum in interpretatione de facili erraret. Tormentorum ubique instrumenta in manibus Martyrum prostant, multosque videmus in suppliciis exspirantes: eaque ad Spectatorum animos potius commovendos, ad Artificis virtutem potius, quam ad Historiam exprimendam. Quare quum nulla ejusmodi sub Imaginibus aliquando locata sit idonea Inscriptio, rudis heinc Spectator, qui oculos & animum pictura pascit inani, pergit intra se de Martyre, cujus expressos, licet ex arbitrio, videt cruciatus, dicere:

Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat;

imperitorumque in sententia, etiamsi fortasse fuerit elogio tantum Martyr, statim creditur laureatus. Difficile autem nimis illos sine sanguine Martyres penicillo satis exprimere. Quot enim pingere necessum fuisset solum ambulantes cum Meliboei verbis in Epigraphe:

 Nos

Nos Patriæ fines, & dulcia linquimus arva,
Nos Patriam fugimus?

Necessum fuit igitur, placuitque magis arti, ingeniosioribus, Vulgo licet perperam intellectis, uti hieroglyphicis. Exemplum præsto est in Martyribus, juxta Picturas aliquas, manu Capita gestantibus. Quod enim aliud fuit illarum Auctoribus Imaginum consilium, quam sensum imitari Patrum, qui, oratoria similitudine ac emphasi, suis in Sermonibus dixerant, quod ea ratione, qua strenui Milites vulnera sibi in præliis inflicta Imperatori ostendentes suo, fidentes inde, & onusti gloria loquuntur: ita & Martyres, absecta in manibus Capita gestantes, & in medium adferentes, quæcumque voluerint apud Regem Cælorum impetrare contendunt? (1) sicut & de Virgine sanctissima dicimus, quod ubera monstret Filio, & de Christo, quod ostentet vulnera Patri. Aut quod aliud fuit illarum Auctoribus Imaginum consilium, quam ita depictos Martyres, tacita veluti voce, hisce Spectatorem alloquentes inducere: Videte Capita nostra; Fides, & Charitas Christi nos coëgit ut ea desecari voluerimus: Ecce Capita nostra in manibus nostris sunt, neque capillus capitis nostri peribit; aut similia? Verum num-

(1) S. Joann. Chrysost. Homil. in Juventin. & Maxim.

numquam natus fuit Symbola probe intelligere Populus. Itaque sic omnes, quod gladio cecidissent, exhibitos ab Pictoribus, aut Statuariis Martyres, Capita sua, post Martyrium, multa per spatia, manibus reapse gestasse est arbitratus; quod etiamsi nonnullis divinitus tributum concedamus, haud de omnibus certum tamen illa forma (quod est frequentissimum) expressis. *Hac specie*, inquiunt doctissimi Bollandiani, (1) *omnibus fere per Gallias Martyribus capite truncatis communi, non arbitramur, ex prima ejus institutione, aliud fuisse designatum, quam quo mortis genere suum illi certamen consummarunt: quod tamen Posteri traxerunt in occasionem Traditionis, quasi suum illi caput manibus sublatum post mortem portarint. An autem Sanctis hic indicatis, ac nominatim Sanctæ Solangiæ id ipsum vere contigerit, nostrum non est definire: solum possumus hic requirere majorem antiquioremque id asserentium auctoritatem, de ceteris vero opinari uni aut alteri fortassis accidisse, quod ad innumeros alios, exemplo ab Imaginibus sumpto, plebeja credulitas transtulit.* Et de Saturnino differens Papebrochius, quem Miræus ac Colvenerius conabantur exemplis indicare pluribus, proprium post mortem sustulisse caput, hæc subdit:

Sed

(1) Act. SS. Tom. II. Maji. Die X. Adnot. ad Vit. S. Solang.

Sed eorum pleraque, ut sæpius indicavimus, suspecta nobis sunt, ne in eam de talibus opinionem venerint homines simplices, eo quod capite minuti Martyres sæpe a Pictoribus, sæpius a Statuariis (in Gallia præsertim, ubi abundant exempla) soliti fuerint repræsentare, tenentes ante pectus præcisum Caput, uti pingi solet S. Agatha cum mamillis, S. Apollonia cum dentibus. (1) Simili autem solet levitate major Hominum pars de omnibus pene sacrarum Imaginum Symbolis judicare; haud enim sat Popularibus adnota Molani admonitio: *Sicut in Parabolis*, inquit Vir admirabilis, (2) *quædam adjiciuntur non ad significationem, sed tantum ad ornatum, & perfectionem ipsius Parabolæ: sic in Picturis multa rectissime apponuntur, non significandi quidem causa, sed ad complementum & debitum ornatum ipsius Imaginis. Quis enim nesciat, quod Pictores dum certa forma Martyrum facies exprimunt, & staturam, & vestitum, rarissimè, imo numquam, nisi hoc ex historia, aut Traditione habeant, significare velint hujusmodi esse Martyrum effigiem, staturam, aut vestitum: sed Imago ipsa Martyrem repræsentat: reliqua juxta exigentiam artis, debite & convenienter appinguntur, & non sunt anxio conatu per singula investiganda.* Heinc etiam Me-

(1) Act. SS. Tom. I. Jun. Die IV. p. 403.
(2) Lib. De Pictur. & Imaginib. sacr. Cap. XIV.

Menagius : *La raison*, inquit, (1) *pourquoi les Saints qui ont etè decapitez, sont representez portant leurs tetes dans leurs mains, n' est pas qu' ils les aïent reçues; comme le peuple mal instruit se l'imagine; c'est qu' on nous a voulu marquer par là le genre de mort qu' ils avoient souffert, & que le trone seul d'un corps avroit trop choquè la vûe.* Expers igitur præceptorum hujusmodi Vulgus, ex non recte etiam intellectis Imaginum Symbolis, quæ ex arte, ex arbitrio Artificum, aut ex Martyrum adparitione potius, quam ex historia, aut vera Traditione sunt sæpissime derivata & expressa, pergit tamen, non tam de Martyrum effigie, statura, ac vestitu, quam de qualitate passionum, de tormentorum genere definire, innumerosque videre se arbitratur consumati Martyrii Pugiles; qui vero quidem, sed inchoato tantum & designato claruerant Martyrio.

LXI. Videtur hæc omnia fateri, suo licet ipse modulo, Doduvellus, qui quum, initio Dissertationis de Martyrum paucitate, ἐθελῶν ὑποθεῖν, ad Christianorum diligentiam in Actis Martyrum conscribendis ostendendam dixisset, accessisse prætera festam illam Commemorationis sollemnitatem, cum annis seculisque redeuntibus ipsam quoque redeuntem, accessisse Homilias & Panegyricos,

(1) In. Menagian. Tom. IV. pag. 103.

cos, maxima omnium Ecclesiæ Ordinum frequentia celeberrimos; quibus perpensis, fieri vix arbitratur potuisse, singulis ut in Ecclesiis propriorum cujusque Martyrum memoria deficere potuerit; (1) [qua equidem in re videt omnino quisque, immane quantum erraverit Doduvellus; quis enim persequutionum ætate habitas crediderit a Patribus Homilias, & Panegyricos, omnium maxima Ecclesiæ Ordinum frequentia celeberrimos? Quis tunc temporis sollenniter celebrata imaginari possit Martyrum Festa? Sermones porro S. Gregorii Thaumaturgi nomine vulgatos, Falsarii alicujus fœtum esse, eo præcipue ex argumento ostendit Pinius, quod species sit, Homilias eas tum elucubratas solum fuisse, quum Ecclesia placidissima pace uteretur, Festosque dies solenni admodum cultu celebraret, quod Gregorii Thaumaturgi in tempora incidit perincommodè; (2)] illum, inquam, errorem postquam errasset Doduvellus, eadem se corrigit in Dissertatione, sibique potius contradicit his verbis: *Serior erat Neroniano seculo Martyrum annua commemoratio: Est enim id observatione dignum, Apostolorum, Apostolicique seculi Martyrum nomina in recentioribus Kalendariis primum comparere. Quarto nimirum, quintoque seculo, cum Re-* *li-*

(1) Differt. Cyprianic. XI. §. 2.
(2) Tom. I. Biblioth. p. 572.

liquiarum cultus in Ecclesiam irreperet; tum primum Basilicæ in eorum memoriis conditæ, tum & Urbium insignium tutissima præsidia haberi cœperunt. Inde Revelationes a Monachis, nescio quibus, confictæ de reperiendis Martyrum corporibus, magnam illarum Urbium, locorumque gratiam inituris, quibus illa fuissent ab Imperatoribus concessa. Præcipue vero in conquirendis undequaque Reliquiis superstitiosi erant Constantinopolitani, Urbisque illius Imperatores. Ita factum, ut quorum nulla umquam exstitisset in probatis Ecclesiæ monumentis memoria, historiam tamen eorundem ex fictitiis hujusmodi somniis, Revelationibusque comminiscerentur. Et cum dies eorum vere natalitii, mortis nimirum, aut Depositionis, idest Sepulturæ laterent; dies translationis repertorum ita Corporum cum solenni pompa in insigniorem aliquam Urbem, aut Basilicam, verorum Natalitiorum locum supplebant. In illis annui conventus, in illis commemorationes, Orationesque Panegyricæ haberi solitæ, ut proinde tandem factum sit, ut, temporis progressu, veri tandem Natalitii crederentur (1) Hæc exemplis confirmare satagit Oxoniensis Professor Sanctorum maxime Petri, ac Pauli Apostolorum. Quis hac autem ex doctrina confirmatam quammaxime non videat, nostram de Historiis Martyrum sine sanguine Opi-

(1) Differt. Cyprianic. XI. §. 14.

Opinionem ? Quippe quarto ſi , quintoque ſeculis , inductis Martyrum celebritatibus , Hiſtoriæ δι' ἀποκαλύψεων , ſuper eorum Actis, eorum ſuper genere paſſionum ac tormentorum vulgatæ ſunt , & pro cujuſque ingenio confictæ , facile quidem crederè par eſt , dum recentiores Agiologi circa Beatos Chriſti Pugiles τραγωδοῦσι , erratum in circumſtantiis fuiſſe , in qualitate paſſionum , & ejuſmodi ceteris , ſecus tamen in rei , videlicet Martyrii ſubſtantia ; nam etiamſi Auctaria Monachorum illa , & Revelationes , & Hiſtoriæ nullum haberent in probatæ notæ monumentis fundamentum , exſtabant tamen in probatis Catholicæ Eccleſiæ monumentis , in Diptychis videlicet , in particularium Syllabis , ac Catalogis Eccleſiarum , nuda ſaltem Martyrum illorum nomina, quæ licet de genere paſſionis , ac Martyrii qualitate , animos ancipites relinquerent , haud de ipſo tamen eſſentialiter Martyrio . Itaque ut infinitos eos Martyres coronatos non fuiſſe , quot ſcilicet vulgaribus noſcebantur ex Traditionibus , Doduvello facilis concederem , haud concedam umquam tamen, fuiſſe eoſdem commentitios & numquam exſiſtentes Martyres , ſed vulgarium modo Traditionum , Revelationum ſcilicet ac Hiſtoriarum , quæ circumferebantur , ope , bene multos , citra modo mortem cruciatos olim , Martyres , appellatos , & innocenti creditos

ex

ex inſcitia fuiſſe Martyres laureatos.

LXII. Sane ambigua illa *Martyris*, *Martyrii*, *Paſſionis*, *Natalis*; & ceterorum hujuſmodi nomina, non a rudi modo Vulgo, verum aliquibus etiam ab Scriptoribus, craſſa illa tenebrarum ætate, non Eccleſiaſticum, uti par erat, juxta ſenſum, ſed obvie, ac literaliter nimis, accepta interpretataque fuiſſe, fidem facit Septem Dormientium Hiſtoria. Fuerant illi vere, Decii temporibus, intra Speluncam, apud Epheſum clauſi, ibique ſuum conſumaverant Martyrium, ſive fuerant eorum corpora Tyrannorum metu, uti moris illa tempeſtate erat, in Spelunca fortaſſe tumulata, multoſque dein poſt annos divinitus, aut fortuito detecta: Vetere in Martyrologio apud Florentinium hæc modo habes verba: *In Epheſo Natalis ſeptem Dormientium*. (1) Aſt poſteriores aliqui cum Græci, tum etiam Latini Scriptores, Plebium vocibus ſuam dare fidem facile nimium adſueti, Beatorum contexentes Acta Martyrum, eos centum & triginta annis reipſa dormiiſſe tradiderunt (2). Riſere heinc Proteſtantes, & præ ceteris Lambertus Barlæus, qui recentioris ea ævi, & χθὲς κ' πρώην κοπῖναι fucum ait prodere fabulæ confictæ; imo illius narrationem ſom-

(1) IV. Idus Auguſti.
(2) Vid. Baron. adnot. ad Rom. Martyrol. VI. Kal. Auguſti.

somni, fabulosæ comparat Historiæ somni Epimenidis, quem Puerum, æstu & itinere fessum, in specu septem & quinquaginta dormiisse annis, rerum faciem mutationemque mirantem, veluti postero experrectum die, nonnulli docuerunt. (1) Verum hoc Doduvellianum errorem errat in loco Barlæus; ut enim ille vocem *Martyres* cum rudiore Vulgo, pro Martyribus semper interpretatur coronatis, ut inde innenarrabilem eorum copiam valeat oppugnare: ita & Barlæus Dormitionis vocem, obscuri ævi cum Scriptoribus, naturali accipiens pro somno, fabulam facit, quam inde possit pro libito irridere. Porro uti vox *Martyr*, ita etiam vox *Dormitio* debent interpretatione ecclesiastica sumi, uti Cangius non modo suo in Glossario, sed ipse Protestantium Alpha Svicerus suo in Thesauro ad voces ostendit Μαρτύρ & Κοίμησις. Quis enim ignorat, pie Religioseque vita functos, ecclesiastico stylo & usu, dictos fuisse dormientes, & *Dormitionis* voce beatam mortem sacris in Tabulis denotatam? Ita profecto Paulus, ita Patres omnes, ita veteres Scriptores, ita Martyrologiorum consuetudo, in quibus ad annum usque MDXL. vel XLIX. adnotata etiam gloriosissimæ Virginis *Dormitio*. (2) Ne-

(1) In Not. ad Dialog. Lucian. cui nomen Timon.
(2) Launojus Judic. super. exscribend. Ecclesf. Parisiensf. Martyrolog.

Neque Christiani tantum, sed Ethnici etiam veteres hac usi fuere metaphora, qua mortem elegantissime significarent. Silius Italicus: (1)

Et longo componit lumina somno.

Itaque ea ratione, qua additamenta, circunstantiæ Passionis, & falsa, aut interpolata Traditio super actis Beatorum illorum, qui Martyrium Ephesi subierunt, minus obstant, quin eos reapse passos fateri debeamus, etiamsi vera non sint adjecta de naturali somno: ita negare nemo cordatus poterit, aliquod Martyrii subiisse genus, quos veteribus in Syllabis, prioribus in Catalogis Martyrum, adnotatos legimus, etiamsi eorum, cum historia ac veritate, Acta non possent consonare. Ut enim erraret, qui, ex falsitate somni Ephesinis Martyribus asserti, suppostitiam fuisse inferre vellet eorum existentiam, ac beatam mortem, aut de nihilo inventum eorum etiam Martyrium; quod Hieronymiana apud Florentinium reclament monumenta; haud absimili ratione ex falsitate qualitatis tormentorum, generisque passionum, quibus Martyrium feruntur complevisse fortasse multi, qui neque tamen ad mortem pervenerunt, recte minus quis inferret, nullimode eos passos, nullimode

M fuisse

(1) Lib. V.

fuisse Martyres, reclamantibus videlicet veteribus monumentis, quæ etiamsi ambiguas per voces in errorem inducunt super generibus Martyriorum, fidem tamen faciunt ad ipsum relate essentialiter martyrium.

LXIII. Rem hanc melius ut explicemus, ac veluti sub oculis ponamus, exemplum esto celebri in sequioris seculi Scriptore, videlicet in Agnello, Pontificalem, qui Ravennatensis Ecclesiæ Librum concinnavit, vitas nempe Ravennatensium Episcoporum, iis, quæ sua haberi poterant ætate, adminiculis; perspectis scilicet, ipse ut fatetur, (1) Diptychis veteribus, Inscriptionibus descriptis, Basilicarum Musivis relatis, digestis etiam, eo quo poterat modulo, quæ sibi Seniores retulerant ex Traditionibus Antiquiorum. Nempe erat illud seculorum inscitiæ ingenium, erant illa præcipua, quibus uterentur obscuri illius ævi Scriptores monumenta. Verum qualis inde fructus, & effectus? Haud alius profecto, quam interpolata quædam veritas, sive substantia rei adjectis fabulis immixta; Bacchinius enim, qui tanto cum plausu edidit & illustravit Agnellum, hoc tulit ejus de Opere judicium: *Nimius sim, si omnia hic enumerarem loca, in quibus abunde peccat Agnellus: Tempora, res, personasque confundit, futilia, inania, inverisimilia commiscet; sui immemor repugnan-*

(1) In Prolog. Lib. Pontif.

gnantia narrat , & ineptissime ocreas capiti jungit , & quadrata rotundis . Quæ legerat, viderat , audierat , congerit absque delectu , inanesque Plebeculæ rumusculos veris miscet. Cum nil , vel pauca de quodam Ravennate Episcopo , quod narret , rescivit , ut æquales totius Scripti partes singulas efficiat , ineptis meditationibus vacat , ex quibus difficilius est aliquid boni exculpere , quam laticem ex silice derivare . (1) Porro horum omnium sisphalmatum veram ac potissimam caussam inquiramus , eam statim eodem habemus ex Bacchinio , qui , *agnoscitur* , inquit , (2) *Episcoporum illorum Acta scripta tunc adhuc non exstitisse , & illud unum ex Tabulis probari potuisse , quod scilicet certa serie unus alteri suffectus fuisset* . En igitur quo in statu illorum erant Auctores seculorum , en Ecclesiasticæ quid præstare demum valeant Tabulæ , & qua in re cordatorum fidem hominum mereri videantur ; in Descriptorum videlicet nominibus , eorum in continuata serie ac successione , in eorum qualitate syncere designanda . *Sicuti autem* , alio inquit in loco idem eruditissimus Bacchinius, (3) *de Pontificum Ravennatum serie arbitror satis superque constare , ita video nulla argumenta suppetere , quibus eorum , qui ante*

 Se-

(1) Præf. ad Lib. Pontif. Agnell. Num. 1.
(2) Differt. I. ad Lib. Pontif. Agnell. Cap. 2.
(3) Differt. I. ad Lib. Pontif. Agnell. Cap. 3.

Severum ſedere , tempus probabilibus limitibus ſtatuatur . Cum enim in Diptychis purum putum nomen apponeretur eorum etiam , qui Martyrio coronati fuerant , ſic nil de eorum Actis , nil de eorum ætate ad Agnelli notitiam pervenit. Elogia quibus uniuſcujuſque vitam definivit , ex meris probabilibus ut plurimum contexuit , quod ipſe fatetur in vita S. Exuperantii ; credens tamen ſe minime , id agens , mentitum fuiſſe , quia , ait , Epiſcopi illi , de quibus nihil invenit , hortatores fuere , caſtique & eleemoſinarii , & Deo animas hominum adquiſitores . Jam vero quod Ravennatenſibus de Epiſcopis ait Bacchinius , illis aptetur , qui Chriſti pro Fide duram ſervitutem ſervierunt , qui carceres habuerunt pro domo ſua , ſtatim adparebit, quam malis avibus argumentetur Doduvellus , qui falſis ex aliquorum Actis , vulgaribus , uti fatetur , Traditionibus innixis , multaque poſt ſecula concinnatis , ſuppoſititios etiam fuiſſe infert deſcriptos in iiſdem Martyres ; ut enim haud recte cogitaret , qui propter Epiſcoporum Ravennatenſium Elogia , meris ex probabilibus , aliquando etiam ex fabulis omnino contexta, numquam illos tamen ſediſſe vellet definire; reclamantibus videlicet Diptychis , nuda quamvis Epiſcoporum illorum nomina exhibentibus : ita pari quidem ratione , haud recta verſaretur in ſententia , qui ex inopia monnmen-

torum ,

torum, exque suppositisiis Martyrum Historiis, sero postmodum, vulgarique in circunstantiis, in generibus passionum, ex Traditione confectis, erui argumentaretur posse, fictitios esse quoque descriptos in eisdem Martyres, abque Concinnatoribus Martyrologiorum ac Menologiorum primum inventos; reclamantibus hoc pari modo contra judicium, editis juxta Diptychorum formam vetustissimi Hieronymiani Martyrologii Ecgraphis, Corbejense, Antuerpiense, Florentiniano, tantam Martyrum segetem nuda per nomina continentibus; qui etiam si haud fortasse fuerint reipsa omnes, uti Historiæ posteriores decantant, Traditiones, Acta recentiora, & Legendæ, consumati Martyres, fuere tamen absque dubio, utpote Martyrum in Syllabis descripti, sine sanguine, aut saltem sine toto sanguine, semper tamen verissimi Martyres.

LXIV. Nullo autem modo certum effici hoc potest vehementius, quam ex ratione agendi Romanæ olim Ecclesiæ, erga eas, quibus de agimus, Martyrum Passiones. Aliis siquidem in Ecclesiis esto acta illa Martyrum non synchrona, & postmodum concinnata, publice indiscriminatimque legerentur, ut Auctor ostendit Passionis Beatorum Martyrum Cantianorum, secus in Romana tamen, vetante id scilicet Romani Pontificis Decreto. Illo autem in Decreto

suscipit quidem Pontifex : *Gesta Sanctorum Martyrum , qui multiplicibus tormentorum cruciatibus , & mirabilibus Confessionum triumphis irradiant* ; (ubi per transennam animadvertas velim , diversos adhuc memorari Martyrum ac Martyriorum, solam etiam per Confessionem , triumphos , atque gradus) *sed ideo* , subdit Pontifex , *secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in Sancta Romana Ecclesia non leguntur , quia eorum qui conscripsere nomina penitus ignorantur , & ab Infidelibus & Idiotis superflua , aut minus apta , quam rei ordo fuerat , scripta putantur* . Heinc hoc subdit ad Decretum Mabillonius , *eorum tamen nomina , si non Acta ipsa , Ecclesiæ Romanæ Antistites studiose perquirebant* . (1) Nil hac, inquam , ratione agendi evidentius , ad rei substantiam ab adjectis, ac circunstantiis distinguendam, ad Martyrii gradus , & qualitates discriminandas ab ipsomet essentialiter Martyrio . Cur enim Romanus Pontifex Sanctorum suscepisset Acta Martyrum, nisi quod procul dubio credidisset , in illis descriptos Actis fuisse veros ac synceros Martyres , proque Fide Christi aliqua citra saltem mortem mala passos , jure iccirco Martyrum titulum , ac Martyrii honorem indeptos ? Quippe si ex Martyribus non veris factos dubitasset Martyres , numquam Acta illa su-

(1) Præf. in Sæcul. V. Ord. S. Bened. §. VI.

fuſcepiſſet, numquam eorum nomina Romanæ Antiſtites Eccleſiæ ſtudioſe perquiſiſſent. Verum quum *ſuperflua*, *&* *minus apta*, *quam rei ordo fuerat ab Idiotis* addita illis in Elucubrationibus fuiſſent, videlicet, qui diverſis tormentorum generibus, diverſis Confeſſionum triumphis, diverſis aliquando ſolum citra mortem irradiaverant tormentis, dicerentur tamen omnes illis in Actis fuiſſe ad uſque mortem ab Perſequutoribus perducti, heinc, ne veritas umquam levi etiam ictu læderetur, retentis adſervatiſque nudis eorum Nominibus, fuerunt Paſſiones illæ in Eccleſia legi vetitæ. Hæc autem Gelaſii, ſeu Hormiſdæ tempore, quo recte etiam inſtitutis Chriſtianis, privata quoque in Lectione, fidem omnibus concedere ejuſmodi Hiſtoriis haud ſinebant Animarum Rectores. *Caveat*, ſcribebat Hieronymus in Epiſtola ad Leatam de Inſtitutione Filiæ, *caveat omnia Apocrypha*, *etſi quando ea non ad Dogmatum veritatem*, *ſed ad ſignorum reverentiam legere voluerit*, *ſciat non eorum eſſe*, *quorum titulis prænotantur*, *multaque his admixta vitioſa*, *&* *grandis eſſe prudentiæ aurum in luto quærere*. Videtur inde aliquantum illo fuiſſe de rigore, ſequuto tempore, remiſſum. Siquidem, ut bene admonet Valafridus, (1) creſcente Religionis cultu, quum creviſſet etiam Orationum & Offi-

M 4

(1) Cap. XXII. De Ord. Miſſ.

Officiorum Ecclesiæ compositio, multi ex mediocri, & minima ex scientia, nonnulla Apocrypha legere cœperunt. Obstitit statim magnus Pontifex Gregorius, qui nimiis ac inconcinnis, aut non omnino certis seclusis, sobriam contexuit Liturgiam. Sed ut genus humanum avidum nimis est auricularum, Gregoriana ab sobrietate paullatim iterum recessum; & ita quidem recessum, ut Platinæ ætate (huic si Viro in Vita tanti Pontificis fides) ob antiquatam Gregorianæ methodi simplicitatem, ob perperam adjecta, ab Officii Lectione Doctiores abhorrerent. Post Platinam reformata fuere sæpius quæ in Liturgia legebantur Acta, severum in examen plurima fuere revocata, restituta plurima, toties emendati sacri fasti, ac propius accessum veritati, etiamsi nonnulla tolerata demum fuerint, non tam ut aliquid particularium Traditioni Ecclesiarum, quorundam aliquid æquum existimaretur simplicitati tribuendum, non tam quod hominibus aliquibus curæ nihil magis esset, quam ut ea quæ Pueri susceperant, senes Posteris relinquerent; (consuetudinis quippe magnus amor est, sera nimis & contumeliosa emendatio senectutis,) neque tam quod haud omnia ab sapiente sint Legumlatore reformanda; [nam & qui nimium emungit, elicit sanguinem]; sed ea maxime de caussa, quod eorum, quorum leguntur in Ecclesiis

Paſ-

Passiones, etiamsi haud fortasse fuerit consummatum Martyrium, semel tamen atque veteres apud Patres, semel atque eorum nuda etiam nomina antiquissimis adparent in Syllabis, censeantur ipsi tamen, incruenti inchoati, & destinati solum quidem Martyrii, sed adhuc elogio dignissimi Martyres.

LXV. Hucusque igitur ex disputatis, satis superque arbitror ostensum, universum Doduvelli adversus copiam Martyrum differentis fundamentum in eo fuisse situm, solos ut Coronatos, & consumato Martyrio affectos, dictos Catholica in Ecclesia crediderit, ac in Martyrologiis & Menologiis simpliciter Martyres: Catholicam Ecclesiam e diverso, non eos modo qui totum Sanguinem pro Domino fuderunt, verum & citra etiam mortem passos, primarum persequutionum ætate, pro seculi usu ac stylo, pro communi consuetudine, ac interpretatione recepta, idoneis ac omnino necessariis de caussis, veros credidisse, & appellasse simpliciter Martyres: vetustioribus ac prolixioribus in Martyrologiis, Gregoriano videlicet ac Hieronymiano, seu variis Hieronymiani Ecgraphis, utriusque generis, diversarumque Pugilum passionum, nuda modo, & permixta comparere nomina; heinc prope infinitam adesse Martyrum copiam: Recentioribus etiam in Martyrologiis multos suspicari posse inveniri elogio tantum Martyres;

res ; præter namque ita in illis denotatos, tales adhuc fuisse fortasse eos , quos veteribus particularium Ecclesiarum ex Catalogis, ex Sanctis aliquando Patribus, ex Actis posterioribus recentiores Martyrologi hauserunt ; Maximis nempe in Conlectionibus recens contextas adparere Martyrum Historias , in quibus erratum in adjectis aliquando , ac in circunstantiis fuisse , in Epocha , in loco , in generibus maxime passionum , in qualitate tormentorum , ac Martyrii , secus autem in ipsomet essentialiter Martyrio: veram demum esse Catholicæ Traditionem Ecclesiæ de numero Martyrum innumerabili, syncera esse majori saltem in parte , & quibusdam labeculis exceptis , Martyrologia ac Menologia , juxta rectam tamen quam dedimus vocis Martyris notionem , ac ecclesiasticam interpretationem ; qua solum in hypothesi ea solvi peremptorie possunt , ac fœliciter argumenta , quæ specie , aut umbra veritatis aliqua Doduvellum impellere potuerunt , ut nos adversus , sive Catholicæ adversus Traditionem Ecclesiæ depugnaret in Dissertatione sua de Martyrum paucitate Cyprianica.

LXVI. Antequam vero meæ terminum imponam , duo Bælii testimonia , equidem non extra locum , animadvertenda , notandaque occurrunt , in quibus scilicet , iratus nimium Homo Martyrologii fidem

per-

peram desiderat. Hæc enim ille in Præfatione ad Commentarium suum Philosophicum super Christi verbis, Compelle intrare.

Je finis ce Discours preliminaire par une remarque, qui servira d'illustration a ce que j'ai dit des mauvais effets de la contrainte. J'ai dit que la violence des tourmens fait succomber des Personnes pleinement persuadées de la verité de ce qu'ils nient de bouche. Nous en avons un grand exemple dans les Chretiens du premier siecle, accusez d'avoir mis le feu a Rome du tems de Neron. Ce scelerat d'Empereur etoit la cause de cet Incendie, & on le croioit aussi. Il fai soit en vain tout ce qu'il pouvoit, pour dissiper ces soupçons; en fin il s'avisa de jetter la faute sur les Chretiens, & leur fit souffrir des rudes tortures. Il y en eut qui avouverent qu'ils etoient coupables, & qui en accuserent un tres-grand nombre d'autres; ils etoient pourtant tous fort innocens; mais comme les Bourreaux sans doute leur declaroient que le but des tourmens qu'on leur infligeoit, etoit qu'il se confessassent les Auteurs de l'incendie, & qu'ils se declarassent qu'ils avoient beaucoup de complices [car par ce moien Neron esperoit de se disculper] ils donnerent dans ce panneau, accablez sous le poids de la douleur. Ce qui prouve qu'il est extremement difficile de ne pas mentir, lorsqu'on est exposé a la tentation des tourmens.

mens. Ce qu' il y a de remarquable, c' est que le Martirologe celebre comme des Martirs, tous ces premiers Chretiens qui furent suppliciez en cette occasion, tant ceux qui eurent la foiblesse de mentir, en s'avoüant coupables, & en accusant leurs Freres d'une Action tres-infame au nom Chretien, que ceux qui ne tomberent pas dans cette foiblesse. Igitur correpti primo qui fatebantur, *dit Tacite Livre XV. de ses Annales*, deinde indicio eorum multitudo ingens, haud perinde in crimine incendii, quam odio humani generis convicti.

LXVII. Hæc Bælii calumnia eo atrocior videtur, quo eam ex solo Taciti testimonio instaurare pergit, quo tamen integre relato, & recte nativum obviumque juxta sensum considerato, validius nihil est beatissimos ad Martyres commentitia ab Incendii confessione fœliciter vindicandos. Jam opinio omnium, incendii invidiam in Principem, Patriæ ruinis imprudentissime usum, satis retorserat; jamque jussum ab Principe incendium ab omnibus credebatur, quum Nero, subdit Tacitus, (1) *abolendo rumori subdidit reos, & quæsitissimis pœnis affecit, quos per flagitia invisos Vulgus Christianos appellabat. Igitur primo correpti, qui fatebantur, deinde indicio eorum multitudo ingens, haud perinde in crimine incendii,*

(1) Lib. Annal. XV.

dii, quam odio humani Generis convicti sunt. Quid autem hoc eruitur ex testimonio, nisi Neronem, incendii Urbis ruinam ipse ut declinaret, in hominum genus eam transferre satagisse Vulgo maxime invisum, quodque, uti cetera flagitia, ita hocce etiam facinus facile perpetrasse crederetur? Porro non omnes qui Romæ degebant, Neronis ætate, Christiani, satis adnoti erant, licet haud adeo exiguo numero fuissent, Judæique impulsore Chresto assidue tumultuantes forte credebantur. (1) Nonnulli igitur, qui nascenti Christianorum Sectæ apertiore quodam modo nomen dederant, debuere primo corripi. *Correpti qui fatebantur*, non incendium, sed Christum; *deinde indicio eorum*, qui fortasse paratos Christi pro Fide mori Socios laudaverant, aut loca, occultæ ubi Synaxes habebantur; utque cælestis doctrinæ virtutem potentissimam ostenderent, copiam celebraverant eorum, qui sacro fuerant Baptismate donati, & Idola contemnere statuerant, *multitudo ingens*, quæ pariter non incendium, sed occultiore modo Christum fatebatur, detecta, correptaque fuit, & quæsitissimis affecta pœnis, *haud perinde in crimine incendii*, quem se perpetrasse fassa numquam erat, quem perpetrasse Neronem noverant, spargebantque in Vulgus, vel immanissimi Christianorum Hostes, *quam odio*

(1) Sveton. in Claud. Cap. 26.

odio humani generis convicti sunt; studio scilicet, ac professione Christianitatis. Numquam igitur innuere perrexit Tacitus, primum correptos, incendii se dixisse reos, numquam, majorem eos in crimen vocasse numerum, numquam, intimatam a Tortoribus fuisse incendii confessionem, sed affectos modo suppliciis, incendii occasione, exteræ Religionis Homines, Romanorum iccirco legibus interdictæ.

LXVIII. Verum, nativumque fuisse hunc testimonii Taciti sensum, veram interpretationem, vidit Florentinius, (1) videruntque quotquot Historici illius Commentatores fuerunt, aut Interpretes. Tillemontius Cæsarum in Historia, de primitiis istis Martyrum sub Nerone agens, verba adfert Taciti, quæ, uti ex notis, characteris videre est, ad verbum gallicam videri vult transtulisse in Dialectum. Sic vero: *On se saisit premierement de ceux qui paroissoient publiquement etre Chretiens, & par le moyen de ces premiers, on en decouvrit un grand nombre d'autres, qui furent condamnez, non tant comme coupables de l'embrasement, que comme victimes de la haine du genre humain.* (2) Idem Auctor in monumentis Ecclesiasticam pertinentibus ad Historiam, Neronis de prima illa in Christianos persequutione agens,

(1) De Primitiis Martyrum.
(2) Histoire des Empereurs Tom. I. pag. 567.

agens, iterum Taciti verba in hæc gallica vertit: *On se saisit premierement de ceux qui paroissoient publiquement etre Chretiens, & par le moyen de ces premiers, on en decouvrit un grand nombre d'autres, qui furent condamnez, non tant comme coupables de l'embrasement, que comme victimes de la haine du genre humain.* Cum Ecclesiasticis vero Scriptoribus conveniunt ceteri diversarum etiam linguarum & Religionum Homines Tacitum interpretati. Ita verba Romani Historici exhibet Balduinus: *Estoient appellez Chretiens par le commun peuple. . . . Ceux donc qui se confessoient estre tels, ayans esté pris premierement, & puis à leur denonciation une grande multitude de gens de ceste mesme Religion, ils ne furent pas tant convaincus d'avoir mis ce feu, que punis, pour la hayne qu'un chacun leur portoit.* (1) Celebris Nicolaus Ablancurtius ita Tacitum gallica dialecto scribentem, inducit: *On se saisit donc d'abord de ceux qui s'avoüerent de cette Religion, & par leur confession on en decouvrit une infinité d'autres, qui ne furent pas tant convaincus du crime dont on les accusoit, que de la hayne du genre humain.* (2) Continuator Versionis ab Ameloto inceptæ eadem ita reddit verba: *On se saisit d'abord de ceux qui s'avoüerent de cette*

(1) Edit. Paris. MDCXIX. p. 462.
(2) Edit. Lugdun. MDCXCIII. p. 396.

cette Religion , & par leur confession , on en decouvrit une infinitè d'autres , qui ne furent pas tant convaincus du crime d'incendie , que chargès de la haine du genre humain . (1) *Fueron pues castigados al principio* [vertit Carolus Coloma (2)] *los que professavan publicamente esta Religion , y despues por indicios de aquellos , una multitud infinita , no tanto por el delicto dell' incendio que se les imputava ; como por aver los convencido de general aborrecimiento a la humana generation* . Anonymus Taciti Versor ab Valgrisio editus , (3) hoc modo Historici verba italicè interpretatur : *Fur adumque puniti coloro che si scopersono di cotal Religione , e per loro inditio fù convinta una gran moltitudine , non tanto per esser stati cavati dalla cagione dell' incendio , quanto perche essi erano odiati* . Georgius Datus ita pariter in ea quam concinnavit Taciti versione : (4) *Onde furono primamente accusati , e dati al supplizio quelli , che si scoprirono di tal setta : appresso una gran moltitudine scoperti da Loro della medesima Fede , non tanto per l'incendio loro apposto , quanto per l'odio portato loro da Tutti , furono condannati* . Demum

(1) M. L. C. D. G. Hagæ Comit. MDCCXXXI. p. 104.
(2) Edit. Duac. MDCXXIX. p. 368.
(3) Venet. MDXLIV.
(4) Edit. Venet. MDLXXXIX.

mum Bernardus Davanzatus : (1) *Furono adumque presi prima i Christiani scoperti, poi gran turba di nominati da quelli, non come colpevoli nell' incendio, ma come Nimici al genere umano*. En igitur, omnium quid in sententia, juxta etiam Tacitum, *fatebantur* Christiani, Neronis jussu primum correpti, en quid ingenti de multitudine indicaverint, en quo fuerint omnes crimine *convicti*. Porro haud satis ab impacta confessionis nota vindicatæ forent sanctissimæ illæ Martyrum Primitiæ, si lectio admitteretur Pinchenæ, qui non *convicti sunt*, sed *conjuncti sunt*, satius legendum ex Floro arbitratur, quod ingentem illam multitudinem convictam haud constet, sed cum aliis confessis conjunctam, & quasi cumulo additam; infra enim iterum scribit Historicus: *continua hinc & juncta agmina trahi*. (2) Verum levi nimis ex conjectatione suam hanc Pinchena eruit Lectionem, quæ nullo nixa est MS., & contra interpretationem omnium, grammaticas contra leges, contra sensum Historici, & Historiæ contextum est. Cur enim confessos ab non confessis absque caussa distinguere velimus, cur extortam dicamus ab aliquibus incendii confessionem, quum Nero, abolendo rumori, Urbis ruinam, quam ipse perpetraverat, in Christianos

N trans-

(1) Edit. Florent. MDCXLI.
(2) Not. ad hunc Tacit. loc.

transferendo, pari eodemque jure, nihil inter se distantibus meritis, nocentes innocentesque, maligna insectatione correptos illos esset perurgere paratus, ut dum adhuc dubitari posset de crimine, Imperatore non dubitante de pœna, damnatos se miseri prius discerent, quam suspectos? Sat ampla igitur erat incendii confessio, fateri se esse Christianos. Interpretari immo potest aliis Tacitus ex Ethnicis Scriptoribus. Svetonius enim inter singularia quæ sub Nerone, *animadversa severe*, *& coërcita* scribit, *afflictos*, refert, (1) *suppliciis Christianos, genus hominum superstitionis novæ*. Nihil hic confesso de incendio, nihil de Incensoribus memoratum, sed Religionis modo Christianæ studium, superstitionis novæ nomine notatum. Quæ equidem Svetonii verba non ad Decretum illud, quod post lanienas occasione incendii perpetratas, Neronem emisisse adversus Christianos plurimi credidere, referenda sunt, verum potius, ipsas ad Martyrum, quibus de agimus, ante quodcumque decretum in nostros sanguinarium, Primitias; ad illa quippe Juvenalis carmina: (2)

Pone Tigillinum: tæda lucebis in illa,
Qua stantes ardent qui fixo gutture fumant.

Vetus

(1) In Vit. Neron.
(2) Satyr. I.

Vetus Glossographus ab Pitæo editus hunc habet Commentarium: *Tigillinum si læseris, vivus ardebis, quemadmodum in munere Neronis, de quibus ille jusserat cereos fieri, ut lucerent Spectatoribus, cum fixa essent guttura, ne se curvarent. Nero maleficos tæda, papyro, & cera supervestiebat, & sic ad ignem admoveri jubebat.* (1) Vides ut ista bene Taciti cum verbis quadrent, qui pereuntibus illis occasione Urbis incendii Christianis, *addita*, statim subdit, (2) *ludibria, ut ferarum tergis contecti, laniatu canum interirent, aut crucibus affixi, aut flammandi, atque ubi dies interiret, in usum nocturni luminis urerentur?* Qui autem illi, nisi ex Glossographi sententia *Malefici?* videlicet Christiani, iccirco & Relligionis caussa cruciati, quam novam appellare soliti erant superstitionem.

LXIX. Sed esto fuerit verborum Taciti sensus, quem autumavit Bælius; ergo danda ne statim erit adferenti Tacito fides? Christianorum dogma *diram & exitiabilem superstitionem* vocat idem Historicus; Christianos homines Gentili Vulgo *per flagitia* vocat *invisos*: & tamen neque Christianorum dogma dira erat, & exitiabilis superstitio, neque esse poterant Christiani Ethnico Vulgo per flagitia invisi. Itaque eos

 etiamsi,

(1) Vid. Baron. Annal. Ann. LXVI. §. 4.
(2) Lib. Annal. XV. Cap. 44.

etiamsi, tormentorum vi, incendii confessionem emisisse scripsisset Tacitus, haud perinde tamen jure sequeretur, eosdem tanto se facinore maculasse. Verusne Judaicæ Religionis conspectus, quem Historiarum in Libris protulit Tacitus? Fidem quis in Hoste requirat? Summam per calumniam Ethnici Scriptores Œdipodeis de incestibus, Thiestæisque de cœnis, & infanticidiis universos infamavere nostri Dogmatis Sectatores; diceret ne fortasse Bælius flagitia hujusmodi reapse perpetrasse Christianos? Immo hisce ipsis ex calumniis apertissimum exurgit, aut ego fallor, argumentum, quo gloriosissimas Martyrum Primitias ab impacta perperam per Bælium nota strenue vindicemus. Certum quippe, accusatos quidem ab Ethnicis, qui data opera Christianam impugnavere sectam, fuisse primævos Christianos super occultis fœderibus, Œdipodeis incestibus, Thiestæis cœnis, & infanticidiis, aliisque similibus, uti in Operibus Hostium Religionis nostræ videre est, aut potius Apologeticis in Scriptis Patrum; at certum etiam, numquam fuisse eisdem Christianis incendii, quo de agimus, confessionem objectam, numquam pro vindicandis aut ab incendio Urbis, aut ab ejus confessione nostri dogmatis hominibus laborare Patres debuisse. Jam vero incendium illud si, tormentorum vi, fassi fuissent vel inno-

centes

centes Christiani, prætermisissent ne illud Religioni objicere nostræ Celsus, atque Porphyrius? prætermisissent ne Religionis homines, si non ab confessione, ab infami saltem vindicare facinore Athenagoræ, & Melitones; Apollinares, & Origenæ? Sancti Patres omnes ad supplicia animum intendentes, quæ, incendii Urbis obtentu, Nero irrogavit Christianis, primam ajunt fuisse illam Christianum adversus nomen Persequutionem, & orientem Fidem, non incendii confessionem cruentatam volunt. Sulpitius Severus Romanum post indicatum Taciti pene verbis incendium, invidiamque versam in nostros, addit: *Hoc initio in Christianos sæviri cœptum*. (1) Adeo verum est, Neronis artem nullum sat fœlicem habuisse exitum, nullam emisisse simulatos Reos impacti criminis confessionem. Quod si primo correpti, viles adeo animæ fuissent, tormentorum ut vi, infectum incendii facinus fateri potuissent, cur non potiori jure avitæ Religionis esse se dixissent, cur Gentilium Numinum confessione, ab inviso se correptorum numero, ab suppliciis, & morte liberare noluissent? Denique, quo pacto a Bælio confictam Ecclesiæ erga Incendium fassos indulgentiam, cum ejusdem veteri coire facias Disciplina, cum ejusdem agendi ratione adversus Lapsos atque Traditores,

 ad-

(1) Lib. II. Hist. Eccles.

adversus Libellaticos ac Thurificatos adeo severa? Sed bonus ego sum, qui Bælio tantis animi passionibus, verba Christi dum commentaretur, acto severam succurrisse velim primorum Patrum Disciplinam.

LXX. Alterum, quod veluti totius Dissertationis ἐπίθεμα, oppugnandum adsumo Bælii testimonium, in Additamentis est ad laudatum Commentarium contextis, in quibus persequutionis, & intolerantiæ, ut ait, ingenium universim apud Catholicos magis, quam ceteras apud Christianas Sectas obtinuisse ostendere conatus, demum ad specialia descendens, hæc de Regnantibus olim apud Hispanos Arianis, quorum Gothicos Principes ultro, erga Orthodoxos, indulgentes fuisse prædicat, subdit: *Mais voici une conduite toute differente dans ces Rois Goths, dès qu' ils eurent embrasè le Catholicisme. Hermenegilde fils du Roy Lewigilde, ayant etè associè au Roïaume par son Pere, n' eut pas plutot abjurè son Heresie a la sollicitation de sa femme, qu' il refusa de se soumettre a son Pere, non seulement quant a l'ordre de retourner a l'Arianisme (desobeïssance sans doute tres-loüable) mais aussi quant au commandement de revenir a la Cour; & dès qu' il eut fait savoir sa pensèe au Roy son Pere, il se prepara a la Guerre contre lui, & s'associa avec les plus grads Ennemis de la Monarchie, fidele-*

ment.

ment secouru par les Catholiques du Roïaume. Il fut malheureux dans cette Guerre, car contraint de se rendre, il fut enfermè dans un Prison, & puis mis a mort par les ordres de son Pere. On ne doit pas lui refuser la loüange du Martir, puisqu' il ne tenoit qu' a Lui de recouvrer la libertè, & la Couronne, en sè faisant Arien; mais il ne faut point aussi a l' exemple de Saint Gregoire le Grand, le loüer de cela, sans le blamer d'autre cotè de s'etre revoltè contre son Pere. Voila la fausse Rhetorique de plusieurs Ecrivains Ecclesiastiques. Ils loüent les gens qui leur plaisent de tout ce qu' ils ont fait de bon, & suppriment ce qu' ils ont fait de mauvais. Le Martirologe Romain au 13. Auril marque qu' Hermenegilde fut emprisonnè pour la Foi Catholique. Or cela est faux, il le fut pour sa rebellion. Hucusque Bælius; (1) ab quo, uno, ut patet, ictu Hermenegildus majestatis, calliditatis aliis cum Scriptoribus Ecclesiasticis Gregorius Magnus, falsitatis Romani Auctor Martyrologii fidentissime postulantur; unde vetus Christianarum Historia rerum, ex Bælii veluti emphasi, illis videatur mortuorum, apud Romanos, laudationibus comparanda, quæ Tullii adhuc tempore exstabant, & quas Familiæ non paucæ, ejus si credimus testimonio, *sua quasi ornamenta, ac monumenta* ser-

(1) Cap. XXX.

servabant , & ad usum , si quis ejusdem generis occidisset , & ad memoriam laudum domesticarum , & ad illustrandam nobilitatem suam . Quamquam (subdit) *his laudationibus historia rerum nostrarum est facta mendosior . Multa enim scripta sunt in eis , quæ facta non sunt , falsi triumphi , plures Consulatus , genera etiam falsa , & ad plebem transitiones ; cum homines humiliores in alienum ejusdem nominis infunderentur genus : ut , si ego me a M. Tullio esse dicerem , qui Patricius cum Servio Sulpicio Consule , anno decimo post exactos Reges fuit* . (1) Superiori igitur in Commentatione erravit plurimum Bælius , quod falsis innixus fuerat fundamentis ; hac autem in posteriori , veris aliquo modo momentis falsa adjicit consectaria , errat in consequutionibus , in callido errat sensu , quem perperam rebus affingit . .

LXXI. Ut vero Hermenegildi de facto primum dicam , is ego non sum , ejus qui perduellionem inficias eam , perlectis plurimis ejus Passionis Actis , perlecta illorum temporum , illarum Regionum Historia . Itaque Virum Sanctissimum dicam libenter , eorum ex numero fuisse , qui ζηλοῦσι μὲν ἀλλ' οὐ καλῶς . *Quis enim nescit* , ut verbis alia , sed simili super re utar , ab Natali Ale-

(1) In Brut. Num. XVI.

Alexandro prolatis, (1) *eam esse humanæ infirmitatis conditionem, eas humanæ mentis tenebras, ut ipsi Viri Sancti quandoque in errores impingant, & servato æquitatis affectu, zelo immodico abrepti, ab æquitatis tramite deflectant? S. Petrus in privata quadam opinione sua erravit, in privatis actionibus lapsus est, impegit in leviora quædam vitia conversationis, non prædicationis. A S. Paulo merito reprehensus est, quod ad veritatem Evangelii non recte ambularet. S. Ambrosius ad Theodosium Imperatorem scribebat, Epistola XXIX. Lib. V. Novi Te pium, clementem, mitem, atque tranquillum; fidem & timorem Domini cordi habentem, sed plerumque aliqua nos fallunt. Habent aliqui zelum Dei, sed non secundum scientiam*. Hæc Natalis noster, cujus prudentissimæ animadversiones Hermenegildi facto aptari merito possunt, qui laude dignus est, quod Arianæ haud consenserit perfidiæ, non utique, quod bellum gesserit adversus Patrem, quamvis Arianum. Ceterum Hermenegildi ex facto male Catholicam adversus Ecclesiam argumentatus est Bælius. Qua ratione enim Ecclesiæ probatam ostenderet Hermenegildi perduellionem? Hispani quippe si Antistites Illiberitano in Concilio, imprudenti eorum zelo frænum adhibere perrexe-

(1) Differt. II. in Histor. Eccles. XI. & XII. Secul.

rexerunt, qui falsorum Simulacra Numinum frangebant, *Quia*, inquiebant, (1) *id in Evangelio non est scriptum, nec invenitur ab Apostolis umquam factum*; quo inde potuissent Posteri eorum pacto, Filio adsentiri bellum Patri inferenti, perduellionem fovere,

Bellaque Matribus
Detestata?

Reapse Baronius Eusychium illum, qui ob eversum Fortunæ Fanum, sub Juliano Cæsare in Cappadocia martyrium consummavit, Martyris nomine ea solum de caussa dignum fuisse ait, quod grande illud facinus, auctoritate Legum Constantini Magni, atque Constantii Imperatorum perpetraverit, privatoque [quod veritati magis accessisse arbitror] divini Spiritus actus instinctu. (2) Idem Ecclesiasticus Auctor quodam de Episcopo, quem Theodoretus Martyrem habitum fuisse contendit, quod dirutum abs se Templum, Magorum jussu noluerit restituere, *Hic*, scribit, (3) *licet de exciso Fano non laudetur, tamen abstinuisse a Templi excitatione, eaque de caussa subiisse Martyrium, plurimum commendatur*. Perduellionis porro facinus, etiamsi Religionis caussa, fuit

(1) Canon. LX.
(2) In adnot. ad Rom. Martyrol. V. Id. April.
(3) In adnot. ad Rom. Martyrol. XVII. Kal. Jun.

fuit perpetuo ab vera Ecclesiæ doctrina alienum ; aliquando licet humani aliquid hacce in re passi fuerint Catholici , & plusquam humani Protestantes , quos quum acriter adeo suo in Libello : *Avis aux Refugiez sur leur prochain Retour en France* , hoc super crimine infectatus sit Bælius , haud certe video , qua inde ratione , ita Philosophico differat in Commentario , ut rationem agendi Hermenegildi adversus Patrem , Catholicæ Religionis professioni potius , quam nimio ejus , & imprudenti zelo tribuere conetur . *Il n' est pas ici question* , ait adversus Jurieum doctissimus Bossuetus , (1) *de chercher des mauvais exemples depuis que la rigueur de la Discipline Chretienne s'est relachèe : L' Eglise ne les a jamais approvèes ; & la foi des premiers siecles est demeurèe ferme . Quand l'Eglise (ce qu' a Dieu ne plaise) auroit degenerè de ces anciennes maximes sur les quelles la Religion a etè fondèe , c' etoit a des Chretiens qui se disoient Reformez a purger le Christianisme de ces erreurs ; mais au fond l'Eglise Catholique ne s'est jamais dementie de l'ancienne Tradition . S' il y a eu des mauvais exemples dans les derniers tems ; s' il y a eu des melès , l'Eglise n' a jamais autorisè le mal ; & en un mot la revolte sous pretexte de persecution n' a pù trouver d'approbation dans ses de-*

(1) Admonit. V. contr. Episc. Juriæi.

decr ts . In Vindiciis autem Historiæ Mutationum , relata Augustini doctrina super necessitate obediendi Principibus etiam Hetherodoxis , hæc clarissimus idem Bossuetus habet adversus Basnagium : (1) *Selon ces loix eternelles qui ont reglè durant les persecutions la conduite de l'Eglise , & qu' elle n' a constantement jamais dementie , elle n' avoit garde d'approuver le soulevement du Peuple de Constantinople contre l'Empereur Anastase , ou ce bel ordre , & si naturel des choses humaines etoit si etrangement renversè , que les membres mettoient en peril non seulement l'autoritè , mais encore la vie de leur Chef : encore moins eut elle approuvè ce pretendu attentat d'un Soldat Chretien contre Julien , qui selon les regles de l'Eglise , quoique Sozomene eut pù dire , eut passè pour une entreprise contre la loy eternelle , & meme un sacrilege contre la seconde Majestè* . Itaque adversus principia, doctrinam, & ingenium Ecclesiæ , nec ipsi probatam fuisse Hermenegildi contra Arianum etiam Patrem agendi rationem consequatur oportet ; cujus tamen fortissimi Martyris , famam , gloriam , & decus hoc absit in loco ut imminutum optemus ; eum enim non modo Catholica veneratur Ecclesia , verum & eidem aptari optime possunt, quadrantque reipsa, D. Augustini Sancto de Cypriano Martyre verba , cujus

(1) Num. XII.

cujus qualecumque crimen in dissentiendo Romana ab Ecclesia, super Baptismate reiterando, fuisse ait, *Charitatis ubertate compensatum, & passionis falce purgatum*. (1)

LXXII. Verum, ait Bælius, non adeo celebranda Hermenegildi constantia, ut non insimul perduellis ejus in Patrem vituperetur animus: Primum illud fecit Gregorius olim Magnus, alterum non item. Ut hoc autem vindicias in loco sanctissimi Pontificis conficiam, eorum, fateor, ex numero non ero, qui Dialogorum Libros [in quibus Hermenegildica Historia] aut eidem non asserendos, aut interpolatos fuisse statuerunt. Illos siquidem Auctori suo, scilicet Gregorio, satis asseruit Natalis Alexander, (2) ut de Oudino taceam, atque Mabillonio, qui luculenter ejusmodi de Opere egere. Non omnia illis in Dialogis severiorem ad Criticen exacta esse, & optimum Pontificem in aliquibus fortasse, pietatis errore, quam non decet istiusmodi in factis adeo esse anxiam, erravisse, docuit olim Melchior Cano Episcopus Canariensis, (3) [cujus hac super re vindicias egit Serius; (4)] Canumque sequutus Natalis Alexander.

(1) Lib. I. contr. Donatist. Cap. XVIII.
(2) Secul. VI. Histor. Eccles. Cap. IV. Art. 14.
(3) Lib. IX De Loc. Theol. Cap. 6.
(4) Prolog. Galeat. ad Melch. Can. De Loc. Theol.

der. (1) Duo tamen ſunt, quæ Bæliana eum ab nota prorſus vindicare valeant: Scilicet Satyrico Bælio, magis Satyricum hominem opponere licet, nempe Lucianum, eos jure ac merito irridentem, qui ignorare ſe oſtendunt, ὡς διαπετείχισται ἡ ἱστορία πρὸς τὸ Ἐγκώμιον. (2) Quantum differant inter ſe Hiſtoria & Encomium. Neque id ſemel ſolum, ſed etiam loquens pro Imaginibus ad Pantheam, ubi vetus eſſe oſtendit hoc verbum, rationibus videlicet reddendis obnoxios non eſſe Laudatores: Laudem rem eſſe liberam, neque modum ullum ad magnitudinem & brevitatem ipſi leges præſcribere: illud tantum ex omnibus reſpicere, quomodo admirabilem ſumme, & inſignem omnino faciat eum quem laudat: ſtare in laudibus etiam ſummis latum Aſſentatorem inter, Laudatoremque diſcrimen, iſte ſi mentiri tantum nolit, aut aliquid ex iis, quæ neutiquam inſunt, addere, neque hyperbolis utatur, ſed ſibi temperet, maneatque citra terminos, nec feratur ultra modum. παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνευθύνους εἶναι ποιητὰς, καὶ γραφέας. τοὺς δὲ ἐπαινοῦντας, καὶ μᾶλλον οἶμαι, εἰ καὶ χαμαὶ, καὶ βάδην, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μέτρων φέροιντο. ἐλεύθερον γάρ τι ὁ ἔπαινος. οὐδ' ἔστιν αὐτοῦ μέτρον εἰς μέγεθος, ἢ βραχύτητα νενομοθετημένον. ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος ὁρᾷ, ὅπως ὑπερθαυμά-σεται,

(1) Secul. VI. Hiſtor. Eccleſ. Cap. IV. Art. 14.
(2) Quomod. conſcribend. ſit Hiſtor.

σεται, καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον . . . . ἐπεὶ δὲ καὶ κολακείας ἐπεμνήσθης, ὅτι μὲν καὶ σὺ μισεῖς τοὺς κολακικοὺς, ἐπαινῶ μέν σε, καὶ οὐκ ἐχρῆν ἄλλως. ἐθέλω δέ σοι διακρῖναι, καὶ ὁρίσαι τό, τε τοῦ ἐπαινοῦντος ἔργον, καὶ τὴν τοῦ κόλακος ὑπερβολήν. ὁ μὲν οὖν κόλαξ, ἅτε τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἑαυτοῦ ἐπαινῶν, ἀληθείας δὲ ὀλίγον ποιούμενος τὴν πρόνοιαν, ἅπαντα ὑπερεπαινεῖν οἴεται δεῖν. ἐπιψευδόμενος καὶ προστιθεὶς παρ' αὐτοῦ τὰ πλείω. . . . . . ὁ δέ γε αὐτὸ τοῦτο ἐπαινῶν, οὐχ ὅπως οὐδ' ἂν ψεύσαιτό τι, ἢ προσθείη τῶν μὴ δὲ ὅλως προσόντων. τὰ δ' ὑπάρχοντα αὐτῷ φύσει ἀγαθά, κἂν μὴ πάνυ μεγάλα ᾖ παραλαβών, ἐπηύξησε, καὶ μείζω ἀπέφηνε . . . . . . οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἑκατέρου αὐτῶν γνώρισμά ἐστι, τὸ τοὺς μὲν κόλακας οὐκ ὀκνεῖν, καὶ ψεύσασθαι τοῦ χαρίσασθαι ἕνεκα τοῖς ἐπαινουμένοις, ἐξαίρειν δὲ τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ὑπάρχοντα πειρᾶσθαι, ἀλλὰ κἀκεῖνο οὐ σμικρῷ διαλλάττουσιν. ὅτι οἱ μὲν κόλακες, ἐφ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, χρῶνται ταῖς ὑπερβολαῖς. οἱ ἐπαινοῦντες δὲ καὶ ἐν αὐταῖς ταύταις σωφρονοῦσι, καὶ ἐντὸς τῶν ὅρων μένουσι. (1) Jam vero cur in Oratione, ita ut dicam, funebri Hermenegildi, petit Bælius, ut Pontifex Sanctissimus, qui Laudatoris tunc munere fungebatur, de Filii perduellione adversus Patrem dicere perrexisset, Hispanico de bello, de Leovigildi victoria, ceterisque, quibus ejus, quem laudare cupiebat, nomini absque dubio offecisset? Qua

Rhe-

(1) Dialog. Pro-Imaginibus.

Rhetorices in Institutione novas has leges, novam hanc methodum reperit Adversarius? Quot pervium non est Auctoribus, quantum ab Historica laude laus differat Oratoria? Dein Sancti Hermenegildi martyrium ab Amico suo Leandro Hispalensi Episcopo accepisse se testatur Gregorius, (1) qui non adeo solicitus eorum, quæ Passionem Martyris præcesserant, Hermenegildi Confessionem Posteritati modo consignare studuit. Perduellionem igitur Patrem adversus ac Principem haud laudavit Pontifex, & ne imitanda proponi videretur, commemoravit quidem; eratque profecto illa, optima Sanctorum Patrum agendi ratio, ex qua Valerius Augustinus Veronensis Episcopus hoc, cetera inter ex Patribus desumta documenta, egregio in Opere de Rhetorica Christiana, tradidit iis, quos instituebat, Clericis: *In afferendis autem*, inquit, (2) *exemplis, cavendum est, ne Sanctorum Hominum peccata, & errores sæpe commemoremus, ut Davidis adulterium, & homicidium, Salomonis incontinentiam, ne Auditores inde licentiæ occasionem sumant, & erudiantur ad excusandas excusationes in peccatis, & existiment licere sibi impune errare*. Linguæ enim maledicæ, uti legisse me recor-

dor

(1) Lib. Dialog. III. Cap. 31.
(2) Lib. II. Cap. 43.

dor apud S. Hieronymum, (1) Sanctos carpere solitæ sunt in solatium delinquendi. Denique nil aptum magis, nil magis ad rem, pro Gregorio Magno ab fraudis nota vindicando, adferre possum in præsens, quam Natalis Alexandri verba, qui relatis quas Gregorius idem Brunichildi tribuerat laudibus, quam Galli tamen, veluti criminum convictam, sævissimam damnarunt ad mortem; relatis inquam Præsulis maximi apertissimis eadem de muliere encomiis, subdit: *Frustra vero ex his laudibus colligunt quidam Brunichildem nullis maculatam flagitiis. Nam Sanctorum Virorum mos semper fuit, Principes ob nonnulla bona opera laudare, ut eos ad majora pro Dei gloria, & Ecclesiæ commodis incitarent, & quæ de ipsis vulgabantur flagitia non facile credere; cum scirent eos invidiæ, & inimicitiis patere plurimorum, qui eorum famæ detraherent; & in vitam Regum & Reginarum, eorumque consilia, & arcana non inquirere. Unde cædes ab ipsis imperatas crudelitati, injustitiæ, ultionis, aut dominationis libidini non tribuebant, nisi manifesta res esset; adeoque ita essent famæ suæ prodigi, ut scelera sua nulla justitiæ specie velarent.* (2) Vides sobrium & vere Christianum Criti-

O cum!

(1) In Epitaph. Paul. M. ad Eustoch. Virgin.
(2) Secul. VI. Histor. Eccles. Cap. IX.

cum! Veritati una, famæque pii Scriptoris consulit. Quis hunc autem notare audeat veteres sanctosque Scriptores interpretandi morem? Porro Acta Hermenegildi, quæ ab Clericis in Officio legerentur Gregorii ex scriptis Catholica quum hauserit Ecclesia, Martyrium modo ejus, constantiam scilicet in tormentis pro Fide, & gloriosissimam suo Sanguine Consubstantialitatis Filii cum Patre Confessionem commendare se, & imitandam proponere satis ostendit, secus vero perduellionem, ceteraque, quæ, adversus Leovigildum, Hermenegildi passionem ac necem præcessere.

LXXIII. Ceterum etiamsi fractum ab Hermenegildo civile sacramentum haud commemoraverit Dialogorum in Libris Gregorius, quia profecto non erat ille locus, quia Laudatoris, non Historici munere fungebatur, perperam tamen, hocce etiam in facto, fidem in Scriptoribus nostris desiderat Bælius. En Historicos, & quidem Ecclesiasticos, obscura etiam ætate, Scriptores, qui de Hermenegildo suis agentes in monumentis, majestatis quod perpetraverat crimen minime prætermisere; videat ut quisque, numquam conjurasse Catholicos, illud ut silentio premerent, & facti circumstantias, veritatis dispendio, occultarent. Isidori Chronicon Gothorum Era DCVIII.

DCVIII. *Anno secundo*, ait, *Justini minoris, Lewigildus Erminigildum imperiis suis tyrannizantem, obsessum exsuperavit*. Idem Auctor in Chronico Suevorum: *Post Theudemirum, Mico Suevorum Princeps efficitur, & regnavit annis XIII. Hic bellum secundo regni sui anno contra Roccones intulit: deinde in auxilium Liwigildi Gothorum Regis adversus rebellem Filium, ad expugnandam Hispalim pergit, ibique vitæ terminum clausit*. Natalis Alexander Hispaniarum de Regibus agens, nil utique dissimulat. Relata quippe Hermenegildi ab Arianis partibus defectione, *Ex hac*, subdit, (1) *Religionis mutatione grave diuturnumque bellum Patrem inter, & Filium ortum est. Regni studia divisa, Catholici Ermenegildi, Ariani Lewigildi partes sequebantur. Numismata aurea percussa, quæ essent pro tessera militari, Ermenegildi nomen & faciem exprimentia ex altera parte, in altera Victoriæ signum, his adjunctis verbis: Homo, Regem devita. Romani, qui Ermenegildo, fœdere inito, ejusque Uxore & Filio acceptis obsidibus, se obstrinxerant, magno auri pondere Lewigildo sunt conciliati. Ermenegildus desperata Hispalensis Urbis defensione, ad Offetum Oppidum se contulit cum trecentis delectis militibus, te-*

(1) Secul. VI. Histor. Ecclef. Cap. IX.

ste Gregorio Turonensi , aut Cordubam , ut alii scribunt ; in castra Patris deductus , Regiis insignibus detractis , Hispalim in custodiam missus est . Quid plura ? Ecclesiasticos inter Scriptores, inter Episcopos , inter sanctissimos universam apud Ecclesiam Viros, inventus est Hermenegildi qui consilium adversus Patrem , & factum , non syncere modo Literis ac Posteritati traderet , verum & eadem etiam acrioribus fortasse quam Bælius verbis vituperaret , ac notaret . De Gregorio loquor Turonensi Episcopo, qui Francorum in Historia quum Hispanicum illud pervenisset ad bellum : *Igitur* , scribit , (1) *cum Herminichildus , sicut supra diximus , Patri infensus esset , & in Civitate quadam Hispaniæ cum Conjuge resideret , solatio fretus Imperatoris , & Miconis Galliensis Regis , Patrem ad se cum exercitu venire cognovit , consiliumque init , qualiter venientem aut repelleret, aut necaret : nesciens miser judicium sibi imminere divinum , qui contra Genitorem, quamlibet Hæreticum , talia cogitaret* . Dignum optimo Historico judicium mutuatus est πρὸς λέξιν sua Ecclesiastica in Historia diligentissimus Fleurius . *Cependant* , scribit , (2) *Hermenegilde sçachant que son Pere cher-*

(1) Lib IV. Cap. 33.
(2) Tom. VII. Lib. XXXIV. pag. 563.

cherchoit a le perdre , voulut s' appuier de secours des Grecs . D' un cotè il envoia Saint Leandre a Constantinople , d' ailleurs il traita avec le Gouverneur du peu que l'Empereur avoit encore en Espagne , qui faisoit la guerre aux Visigots pour le conserver . Ainsi Hermenegilde se revolta ouvertement : ne sçachant pas , dit Gregoire de Tours , le jugement de Dieu qui le menaçoit , pour s'attaquer a son Pere , tout heretique qu' il etoit . Mais il craignoit tellement le resentiment de son Pere , qu' il refusa un Conference proposèe de sa part . Scio Baronio haud probatum ejusmodi Gregorii judicium , sed quam belle illud vindicat , aliud qui agere videtur , Maimburgus ! *Ermenegilde* , ait in Historia Arianismi vir doctus , (1) *ne songea plus qu' a se preparer a la Guerre . A la veritè ce Prince avoit l'intention fort droite, & s'etoit praposè pour fin de conserver la Religion Catholique , au peril de sa vie ; & Dieu lui en donna la plus illustre recompense qu' il pouvoit attendre en ce monde, en lui faisant la grace de le couronner du Martyre . Mais il faut avoüer de bonne foi , que le moyen qu' il prit pour arriver a cette fin , n' etoit pas selon l'Esprit de l' Evangile , qui veut qu' on renonce a son Pere , a sa Mere , &*

O 3 *a sa*

(1) Tom. III. Lib. XI.

a sa propre vie , pour se conserver dans la vraïe Religion , mais qui pour cela ne veut pas qu' un fils , & un Sujet prenne les armes contre son Pere , & contre son Roi . Aussi Dieu ne benit pas cette entreprise ; & ce n' est point par là qu' il est Saint , mais par la constance qu' il eust a donner sa vie pour la defense de la Divinitè du Fils de Dieu . Et certes , Gregoire de Tours , qui florissoit en ce tems la en doctrine , & en saintetè blame en termes tres forts cette action ; & Saint Gregoire le Grand qui a fait l'eloge de sa constance , en decrivant son Martyre , ne dit rien de la Guerre qu' il fit a son Pere , parce qu' elle ne peut avoir aucune part dans cet eloge . Desinat igitur Bælius maledicere , neque perperam cum Laudatoribus Assentatores confundat , cum Historicis Laudatores . Fuit hoc olim , si velit , barbarorum error temporum , ætatisque potius , quam hominum , aut Ecclesiasticæ professionis vitium . Nunc universim sola veritas cum pietate conjuncta . Heinc Tillemontius , in præfatione Conlectionis monumentorum pro Ecclesiastica Historia , suam hisce verbis spondet religiosissimam fidem : *Comme cet ourage est destinè a rechercher la veritè de l' histoire , on sera obligè d' y remarquer quelque fois des fautes dans les plus grands Saints . C'est une necessitè dont on eût voulu pouvoir etre dispensè : mais si on ne*

ne peut pas cacher ce qui paroît dans les monumens publics, au moins on tacherà d'en parler avec le plus de modestie qu'il se pourra, & avec le respect que l'on doit a ceux qui seront un jour nos juges, en prenant pour modele la maniere si sage dont Saint Augustin parle de l'erreur de S. Cyprien sur le batême. Haud igitur jure queritur Bælius fallaci Scriptorum Ecclesiasticorum de arte, perperamque eorum miratur scribendi rationem, & fidenter nimis dicere audet, suorum eos facinora ad usque astra extollere solere, iis silentio pressis, quæ Laudatorum famæ officere videntur.

LXXIV. Sed Romanum ad Martyrologium descendamus tandem, quod Idibus Aprilis, Catholicæ ob confessionem Fidei Hermenegildum memorat in carcerem fuisse conjectum. Inane hoc autem Auctoris Martyrologii commentum esse Bælius contendit; privatum quippe libertate ait Bælius Hermenegildum, quod civile fregerit sacramentum. Verum, hacce etiam in re, quod necessum erat minime animadvertit Commentator. Recentioribus quippe in Martyrologiis acta quidem plurimorum referuntur Martyrum, sed synaptice, ac compendiata, sed in rebus solum quæ passionis genus, quæ ipsam respiciunt Martyrii coronam. Non igitur ab Auctore Martyrologii ab ovo repetenda res erat, neque prima fortasse re-

ferenda exordia rerum . Encomium Martyris contexendum paucis in laterculo erat, non civilis belli Patrem inter , ac Filium Historia . Immo quum caussa caussæ , caussa sit modo etiam aliquo caussati , quumque Catholicæ ob confessionem Fidei Hermenegildus civile fregerit sacramentum , unde conjiceretur in carcerem ; in eum quoque , illam ob confessionem, recte dici potest fuisse conjectus . Nec aliter fieri profecto poterat , Encomioli pro natura ac lege , pro stylo ac brevitate Martyrologii , quare & in illo Metrico Siberi , ita de nostro Martyre : (1)

> Ἑρμενήγγιλδος ἐκπλησθεὶς βαφὴν πλάνης ,
> Σφαγὴν ὑποστὰς , βάπτεται λύθρου κόχλῳ .
> *Ermenegildus linquit errorum mare ,*
> *Cæditur , & concha cruoris mergitur .*

Galli obsidione pressa , occupataque Rhotomagensi Civitate anno MDLXII. Augustinum Marloratum , ceu perduellionis reum, bellique jure , tribus cum Civitatis Principibus Viris , laqueo suspenderunt ; ejus tamen sub Icone , celebri in Verheiden Conlectione , haud perduellionis notam memoratam video , sed hosce solum versus ab Protestantibus conscriptos :

Ex

(1) Die I. Novemb.

Ex Monacho factus, purus, sanctusq; Minister
Divini Verbi, Martyr amore Dei.

Hæc etiam Elogii ad calcem inscripta legi carmina:

Δυρυφόροι φοβεροί' Ἀναχελσυ τελκαρήνυ
Τόνδε θεοῦ ἔπνιγον Μάρτυρα ζωοδότου.

Zuinglius armatus in prælio cecidit, & tamen sub Icone ejus scripsit idem Conlector:

Pro Patria exanimis, pro pietate cinis.

Visa nempe hæc idonea Encomii & Fastorum formula, pene dicerem Romanorum instar, qui, Germanico scelere Pisonis exstincto, *Arcum decreverunt cum Inscriptione rerum gestarum, ac mortem ob Rempublicam obiisse*. (1)

F I N I S.

(1) Tacit. Lib. Annal. II.



Inter additiones à Clarissimo Auctore transmissas, ut signatis in MSto locis inserentur, aderat etiam sequens, quæ oculos Typographorum effûgit; ne ergo prorsus depereat, eam extra chorum hìc imprimere placuit, ut ante §. XLVII. editionis hujus pag. 123. à benignis Lectoribus perlegatur.

Quare mirari subit, quam malis avibus, & omnino extra rem, Criticum agere satagat Basnagius, qui in Observationibus ad Menologium editum a Canisio, eo etiam ex capite carpere illud pergit, quod Sancti plurimi, fere omnibus incogniti, quique nullum in Ecclesia nomen habuerunt, in eodem reperiantur. (*) Quasi vero Omnes in Martyrologiis descripti, ex vulgatis ubique Actis, ex celebrioribus essent Traditionibus derivati. Quasi eo ingenio, eoque quo Kalendaria sunt universalia, essent etiam Martyrologia fine concinnata. In illis certe soli universæ cogniti Ecclesiæ, in illis qui grande modo Populos apud omnes nomen habent; uti Veterum in Kalendariis Romanorum, in quibus pauci pro solennitatibus indicandis, eorum sententia, Cælites, præcipui videlicet tantum, quorum in honorem Hymni, quorum usitatæ magis, atque cele-

le-

(*) Tom. III. Lection. Antiquar.

lebratæ magis cum origine laudes, uti in Carmine Seculari legimus, inque aliis Venusini, aliorumque Vatum Cantibus. Verum ea ipsa apertissima de caussa, qua, veterum ex Kalendariis Gentilium, in quibus majorum, ut ita dixerim, modo Gentium Numina, haud recte quis inferret, paucos fuisse, Ethnicorum in sententia, Deos, ea ratione, inquam, aliquibus ex Kalendariis perspectis, aut ex legibus eorum, male audet de Martyrologiis Basnagius definire; quippe tot in eisdem descripti e Syllabis eruti sunt, ex veterum Catalogis Ecclesiarum, nuda sive laureatorum, sive elogio tantum continentibus nomina Martyrum, unde aliquos recensere necessum etiam fuerit minus equidem celebres, ac pene dixerim innominatos Martyres.

Mandato Reverendiſs Patris F. Hermenegildi Todeſchini in tota Mediolanenſi Ditione adversùs hæreticam pravitatem Inquiſitoris Generalis diligenter perlegi Opus Rev. Patris F. Caſti Innocentis Anſaldi Ord. Præd. cui titulus: *De Martyribus ſine ſanguine adversùs Doduvellum Diſſertatio*; cùmque in eo nihil repererim quod à Catholicæ Eccleſiæ Fide ac traditionibus ſit alienum, immo omnia ſolidæ eruditionis fundamentis innixa, & Orthodoxis non utilia ſolùm, ſed & jucunda; Opus ipſum Typis digniſſimum cenſeo, ſi præfato Reverendiſs. Patri placuerit. In quorum fidem has dabam Mediol. XIII. Kalendarum Aprilium, anno ab Incarnato Deo MDCCXLIV.

Jo. Andreas Iricus JC. ac Theologus, Canonicus Eccl. Collegiatæ S. Laurentii Liburni, atque Sanctiſſimæ Inquiſitionis Mediol. Librorum Cenſor, & Qualificator.

Die 23. Martii 1744.

Attenta ſupradicta approbatione

IMPRIMATUR.

Fr. Hermenegildus Todeſchini Ord. Præd. Inquiſitor Mediolani.

Franciſcus Curionus pro Eminentiſs. & Reverendiſs. D. D. Card. Archiepiſcopo.

Vidit Julius Cæſar Berſanus pro Excellentiſſimo Senatu.

ERRATA CORRIGE.

Pag. 2.	lin. 5.	Quinartius	Ruinartius
2.	6.	Roncrevilius	Boncrevillius
6.	20.	Martyrium	Martyrum
8.	1.	At si	Atqui
11.	23.	Dychius	Rychius
17.	11.	absque	abque
17.	20.	tantum	tantus
21.	26.	*Se*	*Je*
22.	14.	liberi	Siberi
24.	27.	si	ii
26.	2.	Præsuilibus	Præsulibus
42.	19.	Quæstiones	Questiones
67.	25.	*disoit*	*diroit*
68.	1.	*mains*	*mais*
72.	20.	usque	utque
77.	25.	virus	virtus
81.	19	misere	miscere
92.	20.	celebrantur	celebrabantur
95.	2.	Rollando	Bollando
95.	26.	Martyrologiis	Martyrologis
97.	7.	*Magistrum*	*Martyrum*
98.	21.	Quæ	Quare
101.	27	reapte	reapse
102.	8.	Rosvvido	Rosweido
103.	12.	Rollandum	Bollandum
106.	4.	differentia	differentia
107.	22.	*Episcopis*	*Episcopus*
109.	4.	laterculos	laterculus

Pag.

ERRATA CORRIGE.

P. 118. lin. 6.	isto	in isto
120. 11.	Metaphraste	Metaphrastæ
120. 13.	atque	adque
121. 14.	afferente	offerente
129. 5.	Philosophis	Philosophiis
129. 29	*initantur*	*initiantur*
133. 21.	*dissertationes*	*dissentationes*
140. 25	Belius	Bælius
141. 26	*yeux*	*jeux*
145. 8.	*Bællius*	*Bælius*
148. 24	Quidem	Equidem
149. 24.	videbatur	videbantur
150. 6	Myrenensis	Myrensis
176. 20.	Κολμνεις	Κολμνσις
181. 9.	formam	formam
213. 21.	*praposè*	*proposè*
215. 27.	synaptice	synoptice

